vellent Romani facerent, vallo urbem ab arce intersaepire statuit,
non sine illa etiam spe, cum prohibentibus opus Romanis ma- 3
num posse conseri et, si ferocius procucurrissent, magna caede
ita attenuari praesidii vires, ut facile per se ipsi Tarentini urbem
ab iis tueri possent. ubi coeptum opus est, patefacta repente 4
porta impetum in munientis fecerunt Romani, pellique se statio
passa est, quae pro opere erat, ut successu cresceret audacia plu-
resque et longius pulsos prosequerentur. tum signo dato coorti 5
undique Poeni sunt, quos instructos ad hoc Hannibal tenuerat.
nec sustinuere impetum Romani, sed ab effusa fuga loci angu-
stiae eos impeditaque alia opere iam coepto alia apparatu operis
morabantur. plurimi in fossam praecipitavere, occisique sunt 6
plures in fuga quam in pugna. inde et opus nullo prohibente

von den Bürgern getrennt. — *domo* collectiv. — *praed. aliq.*, Polyb. 34: *πολλῶν δὲ καὶ παντοδαπῶν κατασκευασμάτων ἀθροισθέντων ἐκ τῆς διαρπαγῆς* etc.

11. 1—3. *paeneins.*, diese Schreibart findet sich mehrfach in den Hss., s. § 11; 31, 40, 1; 32, 21, 26 u. a. — *mari — circumluitur*, sie lag, auf der nordwestlichen Seite der Landzunge, auf der Tarent erbaut war, unmittelbar am Eingange in den Hafen, s. §, 11. — *praealtis r.*, s. § 9, nur von der Seeseite her, weshalb *a* vor *mari* nicht wohl entbehrt werden kann. — *vallo inters.*, 24, 23, 4; zu 31, 46, 9; Polyb. 34: *διατειχίσαι τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἄκρας* etc. — *procucurriss.*, Prisc. X, 43: *Livius in XXII ab urbe condita: qua cuique proximum fuit decucurrerunt. idem in XX* (leg. *XXV*): *et si ferocius procucurrissent.*

4—6. *opus*, der Wall § 2. — *pro op.*, der Posten, der vor (hier nicht vorn auf) dem Walle zum Schutze der Arbeiter aufgestellt war, Curt. 4, 11, 21. — *plur. e. long.*, s. 21, 8, 9; 36, 23, 4. — *proseq.*, weithin ihnen folgten, Caes. B. C. 2, 8: *ad repellendum et prosequendum hostem.* — *loci aug.*, Polyb. *ἐν βραχεῖ χώρῳ καὶ περιτετειχισμένῳ.* — *impedit. alia*, der Umstand, dass an manchen Orten, c. 30, 5, an anderen u. s. w. — *plurimi* sehr viele, *plures* die Mehrzahl der Gefallenen überhaupt. — *et op.*, nicht allein die Angriffe auf den Posten hörten auf, sondern auch u. s. w. Dass der Wall vollendet worden sei, geht aus der ganzen Darstellung hervor.

7 fieri coeptum: fossa ingens ducta et vallum intra eam erigitur;
modicoque post intervallo murum etiam eadem regione addere
parat, ut vel sine praesidio tueri se adversus Romanos possent.
8 reliquit tamen modicum praesidium, simul *ut* in perficiendo muro adiuvaret. ipse profectus cum ceteris copiis ad Galaesum flu-
9 men — quinque milia ab urbe abest — posuit castra. ex his stativis regressus ad inspiciendum, quod opus aliquantum opinione
eius celerius creverat, spem cepit etiam arcem expugnari posse.
et est non altitudine, ut cetera, tuta, sed loco plano posita et ab
10 urbe muro tantum ac fossa divisa. cum iam machinationum
omni genere et operibus oppugnaretur, missum a Metaponto
praesidium Romanis fecit animum, ut nocte ex inproviso opera
hostium invaderent. alia disiecerunt, alia igni corruperunt. isque
11 finis Hannibali fuit ea parte arcem oppugnare. reliqua erat in ob-

7—8. *intra eam*, so dass der Graben die Grenze bildete, von der ausgegangen wird, fast = diesseits des Gr., n. nach der Stadt zu, s. 5, 35, 2: *intra Appenninum*; Cic. Sest. 27, 58: *intra montem Taurum*; Flor. 1, 45, 14: *intra ripam*, vgl. Polyb. 35: μετὰ δὲ ταῦτα μικρὸν ἀπὸ τοῦ χάρακος ἀποστήσας ὡς πρὸς τὴν πόλιν τάφρον ἐποίει — παρ' ἣν — ἐπὶ τὸ πρὸς τῇ πόλει χεῖλος τοῦ χοὸς ἀνασωρευομένου, προσέτι δὲ καὶ χάρακος ἐπ' αὐτῆς τεθέντος, οὐ πολὺ καταδεεστέραν τείχους συνέβαινε τὴν ἀσφάλειαν ἐξ αὐτῆς ἀποτελεῖσθαι. — *eadem reg.*, in derselben Richtung, s. c. 25, 8; 10, 34, 7: *eadem regione*; 33, 17, 6: *occidentis regione*; Polyb. παρὰ δὲ ταύτην ἐντὸς ἔτι πρὸς τὴν πόλιν ἀπολιπὼν σύμμετρον διάστημα etc. — *Galaesum*, er mündet westlich von der Stadt in den Hafen.

9—10. *quod op.* etc. enthält den Grund zum Folg. — *etiam arc.*, wie die Stadt, obgleich diese nicht erobert war. — *ut cetera* ist nach § 1 und dem folg. *et ab urbe* etc. zu erklären, welche (von der Seite der Stadt) nicht wie im Uebrigen u. s. w.; doch würde eine Andeutung der Oertlichkeit die Darstellung deutlicher machen, etwa § 10: *inde cum iam*, zugleich würde so im Folg. *ea parte* verständlicher. Ueber *altitudine* s. Strabo 6, 3, p. 278: ταπεινὸν δὲ καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος, μικρὸν δ' ὅμως ἐπῆρται κατὰ τὴν ἀκρόπολιν. Ueber *cetera* s. § 5: *alia*, 21, 25, 8; 1, 32, 2. — *muro t.*, s. § 1 n. 12. — *machinat.* Sturmböcke, Thürme u. s. w.; *operibus*, Dämme, Minen u. s. w., s. 37, 5, 5; im Folg. umfasst *opera* alle Belagerungswerke. — *ea parte*, wahrscheinlich denkt L. daran, dass H. nun den Plan fasst von der Seeseite etwas gegen die Burg zu unternehmen, s. § 17: *et illinc mari — circumsedebimus arcem*, welcher durch das Folg. *reliqua — nec* etc. vorbereitet wird, Polyb. c. 36; τὸ μὲν πολιορκεῖν τὴν ἄκραν Ἀννίβας ἀπέγνω — ἀπεδείκνυε διότι κυριώτατόν ἐστι — τὸ τῆς θαλάττης ἀντιλαμβάνεσθαι. — *oppugnare*, da in *finis Han. f.* der Sinn liegt: *destitit*, *desiit*, so konnte der Infinit. folgen, vgl. 39, 1, 5: *quae et ipsis capere labor erat*, 22, 57, 12 und bei ähnlichen Ausdrücken. Umgekehrt folgt auf *finis* in der Bedeutung Zweck gewöhnlich der Infinit., s. de invent. 1, 5, 6: *finis* (*esse videtur*) *persuadere*; Quint. 2, 15, 14; ib. 17, 25 u. a., aber auch des Gerund. Quint. 11, 1, 11: *persuadendi finem*, vgl. Tac.

sidione spes, nec ea satis efficax, quia arcem tenentes, quae in
paeneinsula posita imminet faucibus portus, mare liberum ha-
bebant, urbs contra exclusa maritimis commeatibus, propiusque
inopiam erant obsidentes quam obsessi. Hannibal convocatis 12
principibus Tarentinis omnes praesentis difficultates exposuit:
neque arcis tam munitae expugnandae cernere viam, neque in
obsidione quicquam habere spei, donec mari hostes potiantur.
quod si naves sint, quibus commeatus invehi prohibeat, extem- 13
plo aut arce cessuros aut dedituros se hostis. adsentiebantur 14
Tarentini; ceterum ei, qui consilium adferret, opem quoque in
eam rem adferendam censebant esse. Punicas enim naves ex Si- 15
cilia accitas id posse facere; suas, quae sinu exiguo intus inclusae
essent, cum claustra portus hostis haberet, quem ad modum inde
in apertum mare evasuras? „evadent“ inquit Hannibal: „multa, 16
quae inpedita natura sunt, consilio expediuntur. urbem in cam-
po sitam habetis. planae et satis latae viae patent in omnis par-
tis. via, quae e portu per mediam urbem ad mare transmissa 17
est, plaustris transveham naves haud magna mole. et mare no-
strum erit, quo nunc hostes potiuntur; et illinc mari hinc terra
circumsedebimus arcem; immo brevi aut relictam ab hostibus
aut cum ipsis hostibus capiemus“. haec oratio non spem modo 18

Dial. 6: *voluptas — spectare, gaudium consurgendi;* Verg. G. 1, 60.

11—13. *efficax,* konnte nicht mit Nachdruck, Erfolg betrieben werden. — *faucib. p.*, s. 24, 33, 2 f. — *propiusq. inop.*, s. 8, 11, 8; 28, 40, 9: *ut propius fastidium eius (gloriae) sim.* — *conv. pr. Tar.*, abl. absol. wie c. 9, 13; 41, 2 u. a. — *princ. Tar.*, s. 38, 8, 2: *Aetolos principes:* 26, 27, 7: *iuvenes nobiles Campanos.* — *potiantur,* im Besitze seien, 6, 33, 10. — *commeat. inv. pr.*, s. 3, 28, 7. — *prohibeat* ist wie *cernere* und *habere* auf Hannibal zu beziehen.

14—15. *in eam r.*, für die Sache, um sie ins Werk zu setzen. — *enim* um zu begründen, dass H. Hülfe schaffen könne; Polyb. 36: *τοῦτο δ᾽ ἦν κατὰ τοὺς τότε καιροὺς ἀδύνατον.* — *intus* adverbielle Bestimmung zu *inclusae*, um den Begriff des Eingeschlossenseins zu verstärken, s. 24, 10, 6; der Abl. gehört zu *inclusae,* Z. § 489. Uebrigens ist *sinu exiguo* nur im Gegensatze zu dem offenen Meere gesagt, s. Strabo 6, 3 p. 278; *ἐνταῦθα δὴ λιμήν ἐστι μέγιστος καὶ κάλλιστος γεφύρᾳ κλειόμενος μεγάλῃ, σταδίων δ᾽ ἐστὶν ἑκατὸν τὴν περίμετρον.* — *claustra,* die Enge, welche den Ein- und Ausgang beherrscht, s. 6, 3, 2.

16—17. *evadent* nach *evasuros* s. praef. 7. Das Folg. besonders die Art der Fortschaffung der Schiffe, erzählt L. ausführlicher als Polyb., wie es scheint, nach einer anderen Quelle. — *in campo*, § 9: *loco plano.* — *e portu,* vgl. Polyb. 36: *τὴν πλατεῖαν — ὑπάρχουσαν μὲν ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος φέρουσαν δὲ παρὰ τὸ διατείχισμα ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν ἔξω θάλατταν;* also von Norden nach Süden gerade über den Isthmus, vgl. Appian 34. Bei L. ist vielleicht etwas ausgefallen, da die Hss. *in portu* haben, etwa *inde a portu.*

effectus sed ingentem etiam ducis admirationem fecit. contracta extemplo undique plaustra iunctaque inter se, et machinae ad subducendas naves admotae, munitumque iter, quo faciliora plau-
19 stra minorque moles in transitu esset. iumenta inde et homines contracti, et opus inpigre coeptum; paucosque post dies classis instructa ac parata circumvehitur arcem et ante os ipsum portus ancoras iacit. hunc statum rerum Hannibal Tarenti relinquit re-
20 gressus ipse in hiberna. ceterum defectio Tarentinorum utrum priore anno an hoc facta sit, in diversum auctores trahunt. plures propioresque aetate memoriae rerum hoc anno factum tradunt.

12 Romae consules praetoresque usque ante diem v. kal. Maias
2 Latinae tenuerunt. eo die perpetrato sacro in monte in suas quis-

18—19. *contracta*, das Asyndeton veranschaulicht die schnelle Ausführung.—*iuncta*, natürlich nur mehrere aneinander.— *subducend.*, sonst gewöhnlich von Schiffen, die an das Land gezogen werden, hier deuten die *machinae*, Hebel, darauf hin, dass es auch das Emporheben auf die Wagen umfasst. —*munitum*, für den besonderen Zweck zugerichtet, da für den gewöhnlichen Gebrauch die Strasse schon eine *munita* war. — *faciliora*, leichter zu bewegen. — *moles*, die Schwierigkeit der Fortschaffung, § 17: ohne grosse Mühe, vgl. Sil. It. 12, 444: *lubrica roboreis aderant substramina plaustris* etc. *paucosque*, und so fuhr u. s. w. — *circumveh.*, von der der c. 10, 3 bezeichneten entgegengesetzten Seite. — *os port.*, s. Cic. Verr. 5, 12, 30: *in ipso aditu atque ore portus*, s. § 15.—*regress.*, s. 21, 1, 5: *imposito.*— *in hiber.*, Polyb. 8, 36: Ἀννίβας παρεγένετο τριταῖος ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς χάρακα, καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ χειμῶνος ἐνταῦθα διατρίβων ἔμενε κατὰ χώραν; nach L's. Darstellung bleibt es unklar, wie Hannibal während des Winters die c. 19; 22 erwähnten Expeditionen unternehmen und noch einmal vor Tarent erscheinen kann, c. 22, 14.

20. *priore*, in dieses setzt auch Polyb., s. 9, 3 den Abfall Tarents, während nach L. Hannibal zuerst 214 v. Ch. s. 24, 20 vor der Stadt erscheint; den ganzen Sommer 213 (s. jedoch 24, 45) in der Nähe von Tarent sich aufhält und erst 212 (wo er den Winter 213/12 zugebracht habe, ist nicht berichtet) die Stadt einnimmt, was schwerlich genau ist; aber ebenso wenig wahrscheinlich ist es, dass wegen des etwas späten Abganges der Consuln in die Provinzen, c. 12, 2, L. das Ereigniss an den Anfang des Jahres 212, Polyb. an das Ende 213 gesetzt habe, da der Antritt des Consuln zur gewöhnlichen Zeit erfolgt. — *in div. trahunt* ist ein Begriff: sie machen es ungewiss, s. 38, 56, 1; 1, 24, 1: *auctores utroque trahunt.* — *memor.*, der Zeit; wahrscheinlich ist Fabius gemeint, dem L. auch hier gefolgt scheint. —*factum*, allgemein: es, da die Sache schon genauer bezeichnet ist.

12. Die Weissagungen des Marcius, s. Cic. Div. 1,40, 89; 50, 115; 2, 55, 113; Plin. 7, 33, 119; Festus p. 326; 164; Macrob. Sat. 1, 17.

1—3. *ant. d.* v., vgl. c. 7, 5. —*Latinae* n. *feriae*, vor deren Feier die Consuln nicht in die Provinzen abgehen durften, 22, 1, 6; 21, 63, 8. — *monte* n. *Albano;* diese Handlung war also der letzte Act der viertägigen Feier, s. Marq. 4, 442.

que provincias proficiscuntur. religio deinde nova obiecta est ex
carminibus Marcianis. vates hic Marcius inlustris fuerat, et cum 3
conquisitio priore anno ex senatus consulto talium librorum fie-
ret, in M. Aemili praetoris urbani, qui eam rem agebat, manus
venerant. is protinus novo praetori Sullae tradiderat. ex huius 4
Marcii duobus carminibus alterius post rem actam editi cum rato
auctoritas eventu alteri quoque, cuius nondum tempus venerat,
adferebat fidem. priore carmine Cannensis praedicta clades in 5
haec fere verba erat: „amnem, Troiugena [Romane], fuge Cannam,
ne te alienigenae cogant in campo Diomedis conserere manus.
sed neque credes tu mihi, donec compleris sanguine campum, 6

— *nova*, ein neuer, noch nicht da gewesener Gegenstand religiöser Besorgniss. — *obiecta* n. *animis*. — *ex*, in Folge, der seinen Grund hatte in. — *carminib.*, die Weissagungen waren in metrischer Form in saturnischen oder nach Anderen in hexametrischen Versen abgefasst. — *vates*, ein Seher, der in gebundener Rede spricht „Naturdichter.“ — *Marcius*, so Plin., Fest. negumate p. 164. Macrob.; Cic. Div. 2, 55, 115: *similiter Marcius et Publilius;* nach einem alten Grammatiker: *praecepta primus apud Latinos Marcius vates composuit;* dagegen nennt Cic. Div. 1, 40 u. 50 *Marcios fratres, nobili genere natos.* Die Schreibung *Marcius* verbietet eine Beziehung des Namens auf *Mars, Martis*, der sonst auch als Gott der Weissagung erscheint. Die Zeit des Sehers ist nicht genau zu bestimmen, doch deutet die Bekanntschaft mit den griechischen Sagen schon, s. § 5, auf eine nicht sehr frühe hin, s. § 10; Mommsen 1, 204; 438. — *conquis.*, c. 1, 12. — *Aemili*, s. c. 3, 12. *tal. lib.*, die Wortstellung frei, wie c. 7, 7. — *venerant*, die Weissagungen. Der ganze Satz ist erklärende Parenthese wie der folg. *is* etc. — *Sullae*, s. § 14.

4. *editi*, es war erst bekannt geworden, erst nach der Schlacht bei Cannae in das Publikum gekommen, s. 6, 1, 10: *edita in vulgus*. — *cum r. e.*, attributive Bestimmung zu *auctoritas:* in Verbindung mit, begleitet von dem so wie er vorausgesagt war eingetretenen, bestätigten, Erfolge, vgl. 21, 43, 13: *militiam cum illa virtute;* 1, 6, 2: *vox ratum nomen — efficit;* 41, 18, 14: *evidentem — eventum;* Ov. Met. 9, 703: *rata visa* u. ä.; doch ist der Ausdruck an u. St. ungewöhnlich, weshalb *corroborata*, *confirmata*, *iam rata auct.* vermuthet wird. — *fidem*, Glaubwürdigkeit.

5. *in haec f. v.* wie *in hunc modum*, 38, 38, 1: *foedus in haec verba — conscriptum est.* L. hat die Weissagung, die auf Baumrinde geschrieben gewesen war, aus einem Annalisten entlehnt. — *Troiugena*, die Sage von Aeneas war also bei Abfassung der Weissagung schon anerkannt, s. zu 1, 1, 1. — *Romane* ist wol Glossem. — *Cannam*, entweder der Aufidus oder ein sonst nicht bekannter Fluss bei Cannae. — *ne* etc., Diomedes war nach der Sage auf der Rückkehr von Troja verschlagen in Apulien von Daunus aufgenommen worden und hatte dort Arpi und andere Städte gegründet. Wie er selbst den Troern Unglück brachte, so ist deren Nachkommen sein späterer Wohnsitz verderblich. Ebenso stehen die ihr Geschlecht auf ihn zurückführenden Dasier, s. 24, 45, 1, den Römern entgegen.

multaque milia occisa tua deferet amnis in pontum magnum ex terra frugifera; piscibus atque avibus ferisque, quae incolunt ter-
7 ras, is fuat esca caro tua. nam mihi ita Iuppiter fatus est". et Diomedis Argivi campos et Cannam flumen ii, qui militaverant
8 in iis locis, iuxta atque ipsam cladem agnoscebant. tum alterum carmen recitatum, non eo tantum obscurius, quia incertiora futura praeteritis sunt, sed perplexius etiam scripturae genere.
9 ,,hostis, Romani, si expellere vultis, vomica quae gentium venit longe, Apollini vovendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant, cum populus dederit ex publico partem, privati
10 uti conferant pro se atque suis. iis ludis faciendis praeerit praetor is, qui ius populo plebeique dabit summum. decemviri Grae-

6—7. *milia — tua*, Tausende deiner Bürger, s. Z. § 430, vgl. 22, 60, 20. — *pontum* und *frugifera*, beides dichterisch, zur Sache vgl. zu 24, 20, 16. — *ferisq. quae* etc. sind zu verbinden. — *fuat*, alte Conjunctivform von *fuo, fui:* soll werden; dagegen *credes — deferet* zur Bezeichnung der Zukunft, vgl. 10, 7, 10; *is conspiciatur — caedet — capiet;* 8, 38, 16*: erunt — sit;* 9, 3, 3 u. a. — *Iuppiter*, der als der höchste Gott auch die Zukunft beherrscht. — *campos*, Paul. Diac. p. 75: *Diomedis campi in Apulia appellantur, qui ei in divisione regni, quam cum Dauno fecit, cesserunt.* Der ganze Satz soll nur die Erfüllung der Weissagung bezeichnen.

8—9. *recitat.* in dem Senate, die Vorlesung erfolgt vor der relatio. — *perplexius* etc., was von der wol nicht ursprünglichen Form, in in der es Liv. und Macrobius erhalten haben, nicht gilt. — *vomica* Geschwür, Schaden, vgl. Quintil. 8, 6, 15. — *gentium longe* ist zu verbinden, *longe*=*μακρόθεν. comiter* mit Heiterkeit, Lust und gern; Varro L. L. 7, 89: *hilare ac lubenter;* vgl. 6, 42, 13: *libenter* ebenso Macrob., bei dem aber der folgende Satz sich nicht findet, Preller 269. — *populus* aus der Staatskasse, s. § 12. — *confer.*, absolut; Th. Mommsen vermuth. *partem privati*, s. § 12 *pro se s.*, die Familienväter für sich und ihre Angehörigen, § 14 *populus.*

10. *populo pl.*, eine alte Formel aus der Zeit, in welcher die Patricier allein als Vollbürger den *populus* ausmachten und als solcher der plebs gegenüber standen, s. 1, 8, 7; ib. 33, 8, welche sich aber als publicistischer Ausdruck, auch als die Verhältnisse längst andere geworden waren, erhalten hat, s. 1, 36, 6; *concilia populi;* 29, 27, 2: *populo plebique Romanae;* Cic. Mur. 1, Verr. 5, 14; Becker 2, 1, 137, Lange I, 202; dass die Weissagung lange vor dem punischen Kriege verfasst worden sei, folgt aus derselben nicht, vielmehr ist daraus, dass der *praetor urbanus* den Vorsitz bei den Spielen führt, anzunehmen, dass der Senat diesen in den Worten *praetor — summum* bezeichnet glaubte, eine Erklärung, die erst statt finden konnte, als es mehrere Prätoren und einen praetor urbanus gab, und Niemand daran dachte die Gedichte in eine Zeit zu verlegen, wo *praetor* noch die Bezeichnung des höchsten Magistrates war, s. 1, 60, 4, vgl. 7, 3, 5. — *summum* wol im Gegensatze zu dem *praetor peregrinus* und anderen richterlichen Behörden, vgl. 22, 10, 10: *cuius* etc. — *decemviri*, s. 6, 37, 12. — *Graeco r.*, s. § 13; 1, 7, 4, entgegen *patrio more* c. 1, 8;

co ritu hostiis sacra faciant. hoc si recte facietis, gaudebitis sem-
per, fietque res vestra melior: nam is dium extinguet perduellis
vestros, qui vestros campos pascunt placide". ad id carmen ex- 11
planandum diem unum sumpserunt. postero die senatus con-
sultum factum est, ut decemviri de ludis Apollini reque divina
facienda inspicerent. ea cum inspecta relataque ad senatum es- 12
sent, censuerunt patres Apollini ludos vovendos faciendosque et,
quando ludi facti essent, duodecim milia aeris praetori ad rem
divinam et duas hostias maiores dandas. alterum senatus con-
sultum factum est, ut decemviri sacrum Graeco ritu facerent iis- 13

vgl. Marq. 4, 325; die Weissagungen gehörten also in denselben Kreis wie die sibyllinischen Bücher, die gleichfalls griechische Kulte anordnen, s. 22, 10; 4, 25 u. a. — *hoc* fasst die gegebenen Vorschläge (*censeo*) zusammen. — *melior*, s. 23, 11, 2. — *is dium*, L. scheint die alterthümliche Form u. Construction aus seiner Quelle beibehalten zu haben, Macrob. *is divus*. vgl. Cic. Rep. 1, 41: *Romule die* aus Ennius; L. 9, 10, 9: *hisce*. — *exting.*, wie § 9 *expellere*. während sonst dem Apollo die Entfernung von Krankheit und Seuche zugeschrieben wird, s. 4, 25; 5, 13, erscheint er hier als Vertreiber der Feinde, vielleicht weil die alte Form des Namens *Apello*, s. Paul. Diac. p. 22: *Apellinem antiqui dicebant pro Apollinem* mit *pellere* in Verbindung gesetzt wurde. — *placide*, ganz ruhig, gemächlich, ohne Furcht.

11. *explanand.* in Bezug auf § 8: *perplexius*. *sumpserunt*, wol die, denen es besonders oblag; bei Macrob. § 29 heisst es: *ex hoc carmine cum procurandi gratia dies unus rebus divinis impensus esset*, deshalb wird a. u. St. auch *expiandi* gelesen. — *postero die*, Macrob. *postea*. — *inspicerent*, Einsicht nehmen sollten; das Object *libros Sibyllinos* verstand sich bei den decemviri, die nur diese unter ihrer Aufsicht haben, von selbst, obgleich L. sonst *libros* hinzusetzt, was sich bei Macrob. findet. Dass die decemviri diese befragt, nicht blos die Marcischen Gedichte selbst genauer eingesehen haben, zeigen die näheren Bestimmungen, welche § 12 und 13 zu den in den Weissagungen selbst gegebenen Andeutungen hinzugefügt werden.

12. *ea*, als das auf den Gegenstand Bezügliche eingesehen war, und man gefunden hatte, dass die sibyll. Bücher mit den Weissagungen übereinstimmten, s. § 10. — *relata* durch den Vorsteher der decemviri, Macrob.: *in quibus cum eadem reperta nuntiatum esset* etc., wie man dieses gefunden habe, ist nicht zu ermitteln, da sonst die Bücher eingesehen werden um die Sühnung der prodigia zu finden, s. 3, 10, 7. *censuer.*, ohne die pontifices zu befragen. — *vovendos*, es wird nur angeordnet, dass sie gelobt werden sollen, nicht nach § 9: *quotannis*, vgl. 26, 23, 3; 27, 11, 6; ib. 23, 5. — *duodecim* etc., nach L. hat man also § 9: *cum populis — suisque* so verstanden, dass von den Beiträgen nicht die Kosten der Spiele, wie Macrob. § 19 berichtet, sondern die der Opfer: *ad rem divinam* bestritten werden, wie auch § 14 das Volk erst während der Spiele beisteuert. Dann sind die Sätze § 10: *iis ludis — summum* ein Zusatz zu *Apollini — fiant*; dagegen *decemviri — faciant* zu *cum populus* etc., vgl. 22, 10, 2. — *aeris* wol aes grave, vgl. 22, 10, 7.

13. *sacrum* das einmalige Opfer, § 10 *sacra* die Wiederholung des-

que hostiis, Apollini bove aurato et capris duabus albis auratis,
14 Latonae bove femina aurata, ludos praetor in circo maximo cum facturus esset, edixit, ut populus per eos ludos stipem Apollini,
15 quantam commodum esset, conferret. haec est origo ludorum Apollinarium, victoriae non valetudinis ergo, ut plerique rentur, votorum factorumque. populus coronatus spectavit, matronae supplicavere; vulgo apertis ianuis in propatulis epulati sunt, celeberque dies omni caerimoniarum genere fuit.

13 Cum Hannibal circa Tarentum, consules ambo in Samnio essent, sed circumsessuri Capuam viderentur, quod malum diuturnae obsidionis esse solet, iam famem Campani sentiebant, quia
2 sementem facere prohibuerant eos Romani exercitus. itaque le-

selben. — *iisque,* und zwar folgende. — *capris*, nach Hom. Il. 1, 40: *πίονα μηρί' ἔκηα ταύρων ἠδ' αἰγῶν*, da an u. St. das Feminin. urgirt wird, so glaubt man, dass hier u. bei Macrob. *Dianae* ausgefallen oder zu denken sei, s. Preller 269. — *aurat.*, an und zwischen den Hörnern. — *Lat.*, s. 5, 13; 22, 10.

14. *praetor*, s. 27, 23, 5: *ludi Apollinares — a P. Cornelio Sulla pr. urb. primum facti erant;* Macrob. 1, 17: *instituti ludi suadente Cornelio Rufo decemviro, qui propterea Sibylla cognominatus est, et postea corrupto nomine primus Sylla coepit vocitari.* Die Spiele waren auch in der Folge immer mit dem Wirkungskreise des *praetor urb.* verbunden. — *in circo m.*, diese wurden später am letzten, dem Einsetzungstage gehalten, s. 27, 23, 7; sonst scheinen die Spiele von Anfang an auch scenische gewesen zu sein, vgl. 34, 54, 3; Fest. *salva res* p. 326, wo von einem Schauspiel die Rede ist: *eos ludos Apollinares Claudio et Fulvio factos dicit ex libris Sibyllinis et vaticinio Marci vatis* etc., vgl. 30, 38, 12; Cic. Brut. 11, 78; Marq. 4, 331; 493; 524; 547. — *stipe*, Paul. Diac. p. 23: *Apollinares ludos — populus laureatus spectabat stipe data pro cuiusque copia*, eine Collecte, s. 5, 25, 5; Varro L. L. 5, 182: *etiam nunc diis cum thesauris asses dant, stipem dicunt;* Marq. 4, 157. — *commodum,* angemessen seinen Verhältnissen, s. 22, 1, 18. L. hat die Sache ebenso ausführlich wie 7, 2 die Entstehung der scenischen Spiele dargestellt.

15. *haec* etc., Widerlegung anderer Ansichten, vgl. Fest. p. 326: *Thymelici.* — *victor.*, Macrob.: *victoriae non valetudinis causa*, vorher *proelii causa non pestilentiae.* — *coronatus,* nach griechischer Weise, s. 10, 47; 34, 55, 3; Preller 134, vgl. 23, 11. — *matronae s.*, sonst heisst es oft *cum coniugibus ac liberis supplicatum ire*, s. 3, 7, 7; 10, 23, 2 u. a., hier erscheinen nur die Frauen, die vielleicht an den Spielen keinen Antheil hatten, wenn diese anders Anfangs nur einen Tag dauerten. — *in propatulis,* vor den einzelnen Häusern, gewöhnlich *in propatulo*, s. 24, 16, 17. Zur Sache s. 5, 13, 7. — *celeber:* solenn, s. 24, 16, 15.

13—15. Verhältnisse in Capua; Hannos Niederlage bei Beneventum. Val. Max. 3, 2, 20; App. Hannib. 37.

1—4. *in Samnio,* s. c. 3, 3. — *diutin.*, erst bei — einzutreten pflegt. — *sement. fac.*, s. 23, 48, wahrscheinlich war es auch nachher in den folgenden Jahren geschehen, vgl. c. 15, 18. — *legatos* etc., wie

gatos ad Hannibalem miserunt orantes, ut, priusquam consules
in agros suos educerent legiones, viaeque omnes hostium prae-
sidiis insiderentur, frumentum ex propinquis locis convehi iube-
ret Capuam. Hannibal Hannonem ex Brutiis cum exercitu in 3
Campaniam transire et dare operam, ut frumenti copia fieret
Campanis, iussit. Hanno ex Bruttiis profectus cum exercitu vi- 4
tabundus castra hostium consulesque, qui in Samnio erant, cum
Benevento iam adpropinquaret, MMM passuum ab ipsa urbe locò 5
edito castra posuit; inde ex sociis circa populis, quo aestate
comportatum erat, devehi frumentum in castra iussit praesidiis
datis, quae commeatus eos prosequerentur. Capuam inde nun- 6
tium misit, qua die in castris ad accipiendum frumentum prae-
sto essent omni undique genere vehiculorum iumentorumque ex
agris contracto. id pro cetera socordia neglegentiaque a Campa- 7
nis actum: paulo plus CCCC vehicula missa et pauca praeterea
iumenta. ob id castigatis ab Hannone, quod ne fames quidem,
quae mutas accenderet bestias, curam eorum stimulare posset,
alia prodicta dies ad frumentum maiore apparatu petendum. ea 8
omnia sicut acta erant cum enuntiata Beneventanis essent, lega-
tos decem extemplo ad consules — circa Bovianum castra Ro-
manorum erant — miserunt. qui cum auditis, quae ad Capuam 9
agerentur, inter se comparassent, ut alter in Campaniam exerci-
tum duceret, Fulvius, cui ea provincia obvenerat, profectus nocte

24, 12. — *Hannon. e. B.*, 24, 20, 2. Ueber die Wiederholung derselben Worte s. zu 24, 12, 7. — *vitab. castra*, Sall. frag. 3, 20: *vitabundus classem;* Gell. 11, 15, 7: *populabundus agros*, sonst ist die Construct. selten. — *castra* bei Luceria u. in Samnium.

5—7. *quo — comp.*, Hannib. hat in Samnium Magazine anlegen lassen. — *aestate* deutet an, dass der Herbst schon eingetreten ist. — *essent*, aus *Capua* zu erklären, enthält das thätige Subject zu *omni — contracto*. — *pro c. soc.*, mit der sonst, in allen anderen Verhältnissen die Campaner zu verfahren pflegten. *cetera*, 34, 36, 4. — *quadring.*, allerdings eine geringe Zahl im Vergleich mit der Grösse der Stadt und der Forderung § 6 *omni genere*, s. § 10; so dass nicht nöthig ist *quadraginta* mit Sigonius zu lesen. Die *vehicula* selbst sind, wie *ex agris* zeigt, Oekonomiewagen, *plaustra*, s. c. 14, 11; Varro L. L. 5, 180. — *ob id* geht auf das Vorberg., *quod* auf das Folg. — *mutas*, man erwartet: welcher sogar. — *prodicta*, s. 2, 61, 7; 3, 57, 6. — *adpar.*, Vorkehrung, hier Transportmittel, s. c. 14, 11.

8—9. *decem*, wie 24, 47, 13; 22, 58, 6; an die *decem primi* in dem Senate der Municipien ist wol nicht zu denken, s. Cic. S. Rosc. 9, 25; Becker 2, 2, 400. — *circa*, welches die Hdss. vor *ad* haben, wie 21, 49, 7, scheint umgestellt. — *Bovianum*, 9, 28., *comparass.*, s. 8, 20, 3: *comparare inter se provincias iussi, cui — evenerat;* dagegen steht 9, 31, 1 *obvenire* von der *sortitio*, vgl. 7, 16, 3; Becker 2, 2, 116. — *provincia,* die Kriegführung in Campa-

10 Beneventi moenia est ingressus. ex propinquo cognoscit Hanno-
nem cum exercitus parte profectum frumentatum; per quaesto-
rem Campanis datum frumentum; duo milia plaustrorum incon-
ditam inermemque aliam turbam advenisse; per tumultum ac
trepidationem omnia agi, castrorumque formam et militarem
11 ordinem inmixtis agrestibus iis externis sublatum. his satis
compertis consul militibus edicit, signa tantum armaque in
proximam noctem expedirent: castra Punica oppugnanda esse.
12 quarta vigilia profecti sarcinis omnibus impedimentisque Bene-
venti relictis paulo ante lucem cum ad castra pervenissent, tan-
tum pavoris iniecerunt, ut si in plano castra posita essent, haud
13 dubie primo impetu capi potuerint. altitudo loci et munimenta
defenderunt, quae nulla ex parte adiri nisi arduo ac difficili
14 ascensu poterant. luce prima proelium ingens accensum est. nec
vallum modo tutantur Poeni, sed ut quibus locus aequior esset,
14 deturbant nitentis per ardua hostes. Vincit tamen omnia pertinax
virtus, et aliquot simul partibus ad vallum ac fossas perventum
2 est, sed cum multis volneribus ac militum pernicie. itaque con-
vocatis *legatis* tribunisque militum consul absistendum temerario
incepto ait: tutius sibi videri reduci eo die exercitum Beneven-
tum, dein postero *castra* castris hostium iungi, ne exire inde
3 Campani neve Hanno regredi posset; id quo facilius obtineatur,
collegam quoque et exercitum eius se acciturum totumque eo

nien, welche nach § 1, vgl. c. 3, 3, beiden Cons. obliegt, wie auch Claudius bald darauf, s. c. 14,3; 12, daselbst erscheint; es ist daher nicht abzusehen, warum jetzt die Uebereinkunft getroffen wird. Uebrigens hätte auch Nero aus Suessula, s. c. 3, 2, zu Hülfe kommen können.

10—11. *per quaest.* wie 24, 23, 3. — *aliam turb.* Menschen (Fuhrleute u. s. w.) und Saumthiere § 6 *iumenta; aliam:* und sonst, s. 4, 41, 8. — *formam*, die Vertheilung der Zelte und Soldaten in dieselben; *ordinem* bezieht sich auf die Kriegsdisciplin und Ordnung, die nicht gehandhabt werden konnte, Wachen u. s. w. — *iis exter.* ist die hdsch. Lesart, nach der *iis* auf *castra* bezogen und dabei an die Soldaten gedacht werden müsste wie 1, 60, 2: *laeta castra;* indessen ist die Verbindung an u. St. auffallender und *externis* selbstverständlich; Madvig verm. *et iis externis.*

12—14. *quart. v.*, s. 24, 46, 2. — *paulo a. l.* mit Nachdruck vorangestellt, als die wichtigste Ursache des Schreckens. — *potuerint*, ohne *ut* heisst es: *potuerunt.* — *altitud.*, s § 5. — *defender.* n. *castra.* — *ascensu,* Ort des Aufsteigens, Zugang, nachher: *per ardua.*, vgl. c. 36, 6; 5, 47, 2 u. a. *aequiore*, günstiger, da sie höher stehen, s. 22, 16, 2.

14. 1—3. *volnerib.*, auch dazu kann *militum* gedacht werden, s. Cic. leg. ag. 2, 35, 95: *ex hac copia atque omnium rerum affluentia* u. a. — *legatis* ist wahrscheinlich ausgefallen; ebenso *castra*, s. 23, 28, 9; 4, 17, 5. — *eo versur.*, gegen Hanno und Campanien (nicht gegen Hannibal c. 3), was wol gleich Anfangs ihre Aufgabe war, wie auch die Campaner vermuthen, c. 13, 1. Zum

versuros bellum. haec consilia ducis, cum iam receptui caneret,
clamor militum aspernantium tam segne imperium disiecit. pro- 4
xima forte hostibus erat cohors Paeligna, cuius praefectus Vibius
Accaus arreptum vexillum trans vallum hostium traiecit. execra- 5
tus inde seque et cohortem, si eius vexilli hostes potiti essent,
princeps ipse per fossam vallumque in castra inrupit. iamque 6
intra vallum Paeligni pugnabant, cum altera parte Valerio Flacco
tribuno militum tertiae legionis exprobrante Romanis ignaviam,
qui sociis captorum *castrorum* concederent decus, T. Pedanius 7
princeps primus centurio, cum signifero signum ademisset, „iam
hoc signum et hic centurio“ inquit „intra vallum hostium erit:
sequantur qui capi signum ab hoste prohibituri sunt“. manipu-
lares sui primum transcendentem fossam, dein legio tota secuta
est. iam et consul, ad conspectum transgredientium vallum mu- 8

Ausdruck s. 24, 34, 12; ib. 36, 4. — *segne,* in dem sich Mangel an Energie zeigte. — *disiecit,* s. 2, 35, 4: *disicere rem.*

4. *prox. f. h.*, die hds. Lesart *proxime portae hostium* ist schwerlich richtig, da L. sonst, s. 38, 45, 3; 44, 40, 4, *proxime*, *prope* nicht leicht mit dem Dativ verbindet, und man nicht sieht, warum das Thor erwähnt ist, da vorher § 1, und nachher sogleich der Wall überstiegen wird; und *altera parte* § 6 eine andere Bezeichnung des Ortes erwarten lässt, vgl. 10, 33, 1: *quae proximae forte erant.* — *coh. Pael.*, s. 44, 40, 5. — *Vibius*, 23, 6, 1. — *Accaus*, der Put. hat hier *Acaus*, § 13 wie Val. Max. *Accaeus;* auf Inschriften, s. Mommsen Inscr. Regni Neap. 5965, 5379, findet sich *Accaus;* 5362, 5381: *Accavus.* Auf die Stadt *Accua* ist der Name nicht zu beziehen da diese in Apulien liegt. Die praefecti der einzelnen Cohorten der socii (nicht zu verwechseln mit den *praefecti socium*, s. c. 1, 3, welche die ganze ala sociorum, von der eine Cohorte zu 420 Mann der zehnte Theil ist, commandiren) werden aus den Bundesgenossen gewählt, s. 23, 19, 17; Polyb. 6, 21. — *vexillum*, wie der römische Manipel ein *signum* oder *vexillum* hat, so auch die Cohorte der Bundesgenossen, nicht die römische, s. 27, 13, 7; 9. — *traus* — *traicere*, 2, 11, 2: *trans flumen* — *traicere;* 21, 26, 6.

5—7. *vexilli pot.*, c. 17, 6: *capitis:* 34, 21, 5: *loci;* zur Sache s. 3, 70, 10; 6, 8, 3 u. a. — *alt. p.*, 24, 14, 1. — *legionis*, diese wird hier bestimmt den Cohorten der Bundesgenossen entgegengestellt, s. § 8. — *primus pr. cent.*, der Zusatz *centurio* hat seinen Grund wol darin, dass damals die Legionssoldaten noch in *hastati*, *principes*, *triarii* geschieden wurden; als dieses nicht mehr geschah, sagte man gewöhnlich nur, *primus princeps*, *hastatus* u. s. w., was jedoch auch von dem ersten Manipel der *principes*, *hastati* etc. gebraucht wurde, s. 26, 5, 15; ib. 6, 1: *primi principis signum.* Wie hier ist an u. St. das signum des ersten Manipels der *princ.* zu verstehen, da dem centurio zunächst die manipulares folgen, um es nicht verloren gehen zu lassen. — *manipular.*, im Gegensatze zu dem Centurio; von diesen geht er sogleich auf die Legionen über, da es zwischen dieser und den Manipeln noch keine Cohorten giebt, s. 22, 5, 7.

8—9. *vallum*, durch den Graben sind sie schon hindurch, § 7. eben daran auch über den Wall zu gehen,

tato conslio, ab revocando *restando*que ad incitandos hortandos-
que versus milites, ostendere, in quanto discrimine ac periculo
9 fortissima cohors sociorum et civium legio esset. itaque pro se
quisque omnes per aequa atque iniqua loca, cum undique tela
conicerentur, armaque et corpora hostes obicerent, pervadunt
inrumpuntque. multi volnerati, etiam quos vires sanguis desere-
10 ret, ut intra vallum hostium caderent nitebantur. capta itaque
momento temporis velut in plano sita nec permunita castra.
caedes inde non iam pugna erat omnibus intra vallum permixtis.
11 supra x milia hostium occisa, supra septem milia capitum cum
frumentatoribus Campanis omnique plaustrorum et iumentorum
apparatu capta. et alia ingens praeda fuit, quam Hanno, popula-
bundus passim cum isset, ex sociorum populi Romani agris tra-
12 xerat. inde deletis hostium castris Beneventum reditum, prae-
damque ibi ambo consules — nam et Ap. Claudius eo post pau-
13 cos dies venit — vendiderunt diviseruntque. et donati quorum
opera castra hostium capta erant, ante alios Accaus Paelignus *et*
14 *T.* Pedanius princeps tertiae legionis. Hanno ab Cominio Ocrito,

s. § 5. — *restando* oder *remorando*, 2, 45, 7, oder ein ähnliches Wort scheint ausgefallen, da die Hdss. *que* haben und auch im Folg. zwei Prädicate sich finden. — *pro se q.*, jeder so viel er vermochte, und dieses thaten alle, die noch nicht so weit vorgerückt waren; wie *quisque*, s. 21, 45, 9, so steht hier *pro se quisque* bei *omnes*, vgl. 4, 33, 4. — *pervadunt*, durch den Graben und über den Wall bis an das Ziel. — *etiam q. deser.*, auch solche, welche, oder: auch wenn welche, vgl. Caes. B. G. 2, 27, 1: *nostri etiam qui confecti vulneribus procubuissent* etc. — *vir. sang.*, 21, 28, 2.

10—11. *momento* kann sich nur auf die Zeit beziehen, in der die vom Consul Ermunterten in das Lager dringen, vgl. § 2. — *velut* etc. = *velut si sita — nec permunita essent.* — *non iam*, nicht länger, wie man nach so tapferem Widerstande hätte erwarten können. — *omnibus*, alles Mögliche, Menschen, Lastthiere, Wagen. — *frumentat.*, die welche Getreide holen wollen, etwas anders § 14. — *plaustr. a. c.* geben an, worin der adparatus bestand. — *passim*, weit und breit, scheint zu dem wie *populari*, s. 7, 22, 4; 23, 42, 9 absolut gebrauchten *populabundus* zu gehören, kann aber zugleich zu *isset* gezogen werden, s. c. 18, 1: *passim popularentur;* 31, 26, 2; 21, 7, 4: *pervastatis passim agris;* 2, 23, 7. — *socior.*, den Römern treue Staaten in Bruttium, s. c. 1, und Samnium.

12—14. *deletis*, das hds. *deiectis*, welches auch c. 24, 12; 27, 1; 37, 1 u. a. mit *deletis* verwechselt ist, wird meist (vgl. jedoch Caes. B. C. 2, 22: *deiecta turri;* Iustin. 5, 8, 5: *brachia deicerent* u. ä.) von Truppen gebraucht, die von einem Puncte geworfen werden. An u. St. wird auch *direptis* vermuthet. — *divis.* das gelöste Geld, wie es scheint auch an das Heer des Claudius. — *princeps t. l.* statt *primus princeps t. l.* findet sich auch auf Inschriften, s. Marq. 3, 2, 280 n. 36; aber nach der Bezeichnung der späteren Zeit. — *Cominio Oc.*, s. 10, 39; 43. Der Zuname kommt von *ocris*, s. Fest.

quo nuntiata castrorum clades est, cum paucis frumentatoribus,
quos forte secum habuerat, fugae magis quam itineris modo in
Bruttios rediit. Et [legati] Campani audita sua pariter sociorum- 15
qud clade legatos ad Hannibalem miserunt, qui nuntiarent duos
consules ad Beneventum esse diei iter a Capua, tantum non ad
portas et muros bellum esse: ni propere subveniat, celerius Ca-
puam quam Arpos in potestatem hostium venturam. ne Taren- 2
tum quidem, non modo arcem, tanti debere esse, ut Capuam,
quam Carthagini aequare sit solitus, desertam indefensamque
populo Romano tradat. Hannibal curae sibi fore rem Campanam 3
pollicitus in praesentia duo milia equitum cum legatis mittit, quo
praesidio agros populationibus possent prohibere.

Romanis interim, sicut aliarum rerum, arcis Tarentinae 4
praesidique, quod ibi obsideretur, cura est. C. Servilius legatus,
ex auctoritate patrum a P. Cornelio praetore in Etruriam ad fru-
mentum coemendum missus, cum aliquot navibus onustis in
portum Tarentinum inter hostium custodias pervenit. cuius ad- 5
ventu, qui ante in exigua spe vocati saepe ad transitionem ab
hostibus per conloquia erant, ultro ad transeundum hostis voca-
bant sollicitabantque. et erat satis validum praesidium, traductis

p. 181: *ocrem antiqui — montem confragosum vocabant, ut apud Livium: sed qui sunt hi, qui ascendunt altum ocrin;* welches sich auch im Oskischen und Umbrischen findet, vgl. *Ocriculum* 22, 11, 5. Die Lage des Ortes ist nicht bekannt, doch war er wol in der Nähe von Benevent. — *cum p. fr.* dagegen c. 13, 10: *cum exercitus parte.*

15. 1—3. *et* knüpft ein ebenso wie Hannos Flucht an die Niederlage desselben sich anschliessendes Ereigniss an. — *legati* war wol eine Randbemerkung. — *diei iter.*, c. 13, 4. — *tantum n.*, 4, 2, 12; 34, 40, 6. — *non modo*, geschweige denn: nicht einmal die ganze Stadt T., noch viel weniger die Burg allein; deren Belagerung übrigens nicht Hannibal selbst betreibt; vgl. Cic. Tusc. 1, 38, 92: *ne sues quidem id velint, non modo ipse;* Divin. 2, 55, 113: *nunquam ne mediocri quidem, non modo prudenti probata sunt;* ähnlich *etiam — non modo*, 24, 3, 6. — *tanti ut*, von so hohem Werthe, dass er dafür hingeben dürfe. — *duo m. eq.*, sonst wird gerade die campanische Reiterei gerühmt, s. 23, 46. — *populat, proh.*, Z. § 469; zur Sache App. II. 36.

15. 4—18. Die Burg von Tarent. Abfall von Metapontum und Thurii. Appian. Hann. 34.

4—5. *sicut* ohne *ita*, s. 24, 3, 13. — *obsider.*, Ansicht des Senates. — *cura est*, vgl. 26, 18, 2; 30, 3, 1: *omnibus Africae cura erat;* gewöhnlicher ist *curae esse*, s. § 3. — *Etruriam*, wie 2, 34; 52. — *coemendum*, es wird also nicht von den Bundesgenossen gefordert, s. 23, 32, 9; ib. 48, 4. — *inter*, s. 24, 41, 9. — *in ex s.*, statt eines Causalsatzes, s. 26, 5, 11; 8, 2, 5 u. a., vgl. c. 7, 10. — *ad — ab — per*, die dreifache Bestimmung des von *erant* getrennten, prägnant gebrauchten *vocati* ist zu beachten. — *et*, und dazu hatten sie auch Grund; der

6 ad arcem Tarenti tuendam *a Metaponto* militibus. itaque Meta-
pontini extemplo metu, quo tenebantur, liberati ad Hannibalem
defecere. Hoc idem eadem ora maris et Thurini fecerunt.
7 movit eos non Tarentinorum magis defectio Metapontinorum-
que, quibus indidem ex Achaia oriundi etiam cognatione iuncti
erant, quam ira in Romanos propter obsides nuper interfectos.
8 eorum amici cognatique litteras ac nuntios ad Hannonem Mago-
nemque, qui in propinquo in Bruttiis erant, miserunt, si exerci-
tum ad moenia admovissent, se in potestatem eorum urbem tra-
9 dituros esse. M. Atinius Thuriis cum modico praesidio praeerat,
quem facile elici ad certamen temere ineundum rebantur posse,
non militum, quos perpaucos habebat, fiducia, quam iuventutis
Thurinae: eam ex industria centuriaverat armaveratque ad talis
10 casus. divisis copiis inter se duces Poeni cum agrum Thurinum
ingressi essent, Hanno cum peditum agmine infestis signis ire ad

Gedanke bildet den Uebergang zum Folg. — *a Metap.* ist ausgefallen; c. 11, 10 war wol nur ein Theil der Besatzung gemeint.

6—7. *tenebatur*, seither, bis dahin immer, vgl. 23, 4, 6: *cuius aliqua verecundia erat;* 32, 24, 6; 34, 44, 5; über *metu teneri* s. 7, 25, 7; 34, 27, 3 u. a.; zur Sache s. 22, 61, 11. — *idem ead.*, vgl. Hor. Ep. 1, 1, 82: *iidem eadem possunt.* — *quibus — cognatione i. e.* bezieht sich nur auf *Metapontinorum*, da Thurii, welches von den Ueberresten der Bewohner des alten Sybaris gegründet wurde, ebenso wie Metapontum eine achäische, Tarent dagegen eine dorische Colonie war. — *indid.*, s. 23, 46, 12, genauer bestimmt durch *ex Ach.*, s. 28, 1, 6: *indidem ex Celtiberia;* 39, 12, 1. — *obsid.*, s. c. 7, 11.

8—9. *amici c.*, wie c. 8, 2; 23, 5, 1. — *Hannon.* c. 14, 14. *Mago*, nicht der Bruder Hannibals, sondern ein Reiteroberster. — *in Brutt.* wie § 7 *ex Achaia;* vgl. 21, 17, 9. — *cum m.*, welches er bei sich hatte, unter ihm, vgl. Sall. C. 57, 2: *cum tribus legionibus in agro Piceno praesidebat;* L. 5, 8, 6: *ea regione qua M. Sergius praeerat,* unten c. 16, 7: *in Bruttiis praeerat;* daher ist auch an u. St. *praeerat* absolut, s. 34, 40, 7, *Thuriis* nicht als Dativ zu nehmen, vgl 37, 41, 1: *praeponere.* 24, 40, 2. — *fiducia* auf das Object: *quem* bezogen = *cum ei fiducia esset* oder *fid. permotum.* — *quam* nach *non:* in welchem Grade, als (vielmehr), s. 26, 18, 3; vgl. 23, 15, 7: *non sui magis fiducia, quam voluntate principum.* — *ex ind.* wie 1, 56, 8, dagegen § 12 *de industria*, ohne sichtbaren Unterschied. — *centuriav.*, er hatte Centurien gebildet, wie auch sonst dieses Wort sich findet, wenn solche, die nicht regelmässig zum Felddienst verpflichtet sind, herangezogen werden, s. 6, 2, 6: *seniores — centuriaret*, 10, 21, 4: *libertini centuriati.* Eine *cohors sociorum*, wie sie die Bundesgenossen nach Rom schickten, ist schwerlich gemeint, sondern nur eine Stadtmiliz, und es lässt sich aus den Worten nicht mit Sicherheit schliessen, dass die cohortes der Bundesgenossen in Centurien getheilt gewesen seien. — *armaver.*, wahrscheinlich aus seinem Depot. Der Gedanke enthält nicht den Grund zu *rebantur* sondern zu *elici posse.*

urbem pergit, Mago cum equitatu tectus collibus apte ad tegen-
das insidias oppositis subsistit. Atinius peditum tantum agmine 11
per exploratores comperto in aciem copias educit et fraudis in-
testinae et hostium insidiarum ignarus. pedestre proelium fuit 12
persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis, Thurinis
expectantibus magis quam adiuvantibus eventum; et Carthagi-
niensium acies de industria pedem referebat, ut ad terga collis
ab equite suo insessi hostem incautum pertraheret, quo ubi est 13
ventum, coorti cum clamore equites prope inconditam Thurino-
rum turbam nec satis fido animo, unde pugnabat, stantem ex-
templo in fugam averterunt. Romani, quamquam circumventos 14
hinc pedes hinc eques urgebat, tamen aliquamdiu pugnam tra-
xere. postremo et ipsi terga vertunt atque ad urbem fugiunt.
ibi proditores conglobati cum popularium agmen patentibus 15
portis accepissent, ubi Romanos fusos ad urbem ferri viderunt,
conclamant instare Poenum, permixtosque et hostis urbem in-
vasuros, ni propere portas claudant. ita exclusos Romanos prae-
buere hosti ad caedem, Atinius tamen cum paucis receptus. se- 16
ditio inde paulisper tenuit, cum in fide *alii manendum* alii
cedendum fortunae et tradendam urbem victoribus censerent.
ceterum, ut plerumque, fortuna et consilia mala vicerunt: Atinio 17
cum suis ad mare ac naves deducto, magis quia ipsi ob imperium

10—12. *apte ad t.*, s. 22, 4, 3; *tumulis apte tegentibus;* 29, 34, 9; *tegentibus tumulis, qui peropportune circa viae flexus oppositi erant*, ib. § 13; vgl. 28, 2, 1: *obsiti virgultis tegebant colles;* ib. 13, 6: *tumulum opportune ad id positum* u. a.; doch ist an u. St. die Lesart nicht sicher, und die Zusammenstellung *tectus* — *tegendas* störend; es wird *celandas* vermuthet, viell. *coll. ad abdendas*, so dass bei *insid.* an die Truppen zu denken ist, s. 45, 39, 5: *quonam abdentur illa tot milia hominum;* 9, 7, 11; vgl. 10, 4, 10: *conditas insidias.* — *hostium insid.* ähnliche Zusammenstellungen s. praef. 3; 22, 45, 5; ib. 49, 7 u. a. — *paucis*, nur wenige, s. 9, 42, 6. — *eventum* gehört auch zu *adiuvare.* — *terga*, wie oft Körpertheile: *dorsum*, *supercilia*, *vertex*, *cornu* u. a. zur Bezeichnung von Localitäten gebraucht werden, vgl. 34, 29, 11.

13—15. *prope incond.*, da sie noch nicht genug eingeübt ist, vgl. c. 13, 10; 30, 11, 5: *exercitu novo et incondito;* das handsch. *propere,* in Eile, würde nicht passen, besonders da auch *extemplo* folgt, wenn sich auch Verbindungen, wie *simul* — *extemplo*, 23, 29, 13; *ut primum statim* Cic. Verr. 4, 36, 84 u. a. finden. *unde p.*, 24, 45, 3. — *cum* — *ubi*, vgl. 7, 23, 6.

16—18. *in f. a. m.*, der Zusammenhang zeigt, dass der *alii* — *urbem v.* entsprechende Satz ausgefallen ist, die Ergänzung ist unsicher, da das hds. *inde* auch aus dem Vorhergehenden wiederholt und nur *alii tuendam urbem* (oder *fidem* od. ä.) fehlen kann. — *fortuna*, etwas anders als kurz vorher: das blinde Geschick, welches auch das Schlechte unterstützt, s. 4, 37, 6; 10, 36, 9 u. a. — *Atinio* wie 24, 1, 9; 34, 40, 7. — *ad mare a. n.*, s. 22, 19, 7.

in se mite ac iustum consultum volebant quam respectu Roma-
norum, Carthaginienses in urbem accipiunt.
18 Consules a Benevento in Campanum agrum legiones ducunt
non ad frumenta modo, quae iam in herbis erant, corrumpenda,
19 sed ad Capuam oppugnandam, nobilem se consulatum tam opu-
lentae urbis excidio rati facturos, simul et ingens flagitium impe-
rio dempturos, quod urbi tam propinquae tertium annum inpu-
20 nita defectio esset. ceterum ne Beneventum sine praesidio esset,
et ut ad subita belli, si Hannibal, quod facturum haud dubitabant,
ad opem ferendam sociis Capuam venisset, equitis vim sustinere
possent, Ti. Gracchum ex Lucanis cum equitatu ac levi armatura
Beneventum venire iubent: legionibus stativisque ad obtinendas
16 res in Lucanis aliquem praeficeret. Graccho, priusquam èx Lu-
2 canis moveret, sacrificanti triste prodigium factum est: ad exta

15. 18—17 Beginn der Belagerung Capuas; Tod des Ti. Sempronius Gracchus. Polyb. 8, 1; Diod. Sic. 26, 26; App. Hann. 35 f.; Val. Max. 1, 6, 8; Sil. It. 12, 476.

18—19. *in herbis er.*, vgl. 23, 48, 1: *altae in segetibus herbae;* Ov. Met. 5, 482: *primis segetes moriuntur in herbis.* Die Verwüstung erfolgt, wie 23, 48 im Herbste, s. c. 13, 5; das c. 13, 1: *quia— prohibuerant* Gesagte ist wol nicht von den Consuln des laufenden Jahres zu verstehen. — *Cap. opp.*, die Belagerung kann jetzt, nachdem Puteoli besetzt, s. 24, 7; Casilinum genommen 24, 19; Hanno zurückgeschlagen, Hannibal durch die Heere in Lucanien und Apulien gehindert ist, mit Erfolg unternommen werden. Der Kriegsplan war wol schon bei der Vertheilung der Provinzen c. 3 entworfen und vom Senate gebilligt. — *nobilem*, ausgezeichnet berühmt. — *flagit.*, weil das Dulden des Frevels Feigheit verrieth. — *tert. an.*, das Jahr des Abfalls und das laufende sind nicht mitgerechnet, sondern nur die dazwischen liegenden. — *defectio*, von dem Bunde mit Rom, sonst war Capua frei, s. 23, 5.

20. *Benevent.*, die Stadt ist Rom treu geblieben, s. App. Hann. 36: *πλησίον Βενεβενδέων, οὓς μόνους ἐδεδοίκεσαν* (die Campaner) *Ῥωμαίοις ἔτι συμμάχους ὄντας;* und bedurfte um so mehr Schutz, da sie die wichtigste Strasse aus Apulien nach Campanien beherrschte. *ad sub. b.*, kann nicht wie 6, 32, 5; 9, 43, 4 u. a. die Bestimmung, den Zweck zu dem Hauptverb. hinzufügen, da dieser im Folg. angegeben ist, sondern es müsste bedeuten: bei dem Eintreten, für u. s. w., Madvig vermuth. *et ad sub. belli, ut, si.* — *equitis vim*, obgleich bisweilen *vim sustinere* allein sich findet, s. 2, 47, 7: *sustineri deinde vis nequit*, 10, 14, 17, so hat es doch meistens einen Genitiv: *hostium* u. a., daher ist an u. St. *equitis* (schon eine jüngere Hds. hat *equitum*) statt des hds. *equites* nach Madvig geschrieben, um so mehr, da auch *equites* ohne Zusatz hart wäre. Wie sehr damals noch die Reiterei Hannibals gefürchtet wurde zeigt 26, 38, 4. — *legion.* (die Volonen) *stativ.*, hendiadyoin. — *res*, die Macht, Geltung der Römer aufrecht erhalten durch den Schutz der treugebliebenen Staaten, c. 16.

16. 2—3. *exta*, die sorgfältig ausgenommen und nach dem Folg. bis zur Vollendung anderer Gebräu-

sacrificio perpetrato angues duo ex occulto adlapsi adedere iocur,
conspectique repente ex oculis abierunt. id cum haruspicum mo- 3
nitu sacrificium instauraretur atque intentius exta reservarentur,
7. *sibi* entspricht c. 29, 6: *incolumes* etc., und bildet an u. St. den Gegensatz zu § 6, weshalb *sibi*, gegenüber *Syracusani*, die erste Stelle hat. Auf dieselbe Rede ist auch wol *tantum* zu beziehen: eine so grosse als ihr annehmt, s. c. 29, 5, vgl. c. 35, 4; 26, 31, 4 ib. 11, 12 u. a.: er könne sich nicht mit dem blossen Ruhm, dass er S. eingenommen habe, begnügen, sondern werde die Stadt plündern lassen, was nicht ausgesprochen, sondern sogleich ausgeführt wird. Dass Marc. auch in Worten nicht so mild mit den Syracusanern verfährt, zeigt § 4. Madvig verm.: *Syracusas* [*potuerit*, *quantum si servare*] *potuisset*. Zur Sache s. 31, 31, 8. — *fruct.*, c. 33, 4; 33, 33, 3.

8. *inde*, sogleich nach der Rede. — *et accip.*, auch dazu müsste *ad* genommen werden: nach der Insel und um in Empfang zu nehmen, sich ausliefern zu lassen. Doch ist diese Verbindung sehr hart, deshalb wird *ad Nas. ad* gelesen, oder *Nasum ad* vermuthet. Der Schatz müsste nach L's. Darstellung, vgl. 24, 23, 4, unter der Herrschaft des Epicydes u. Hippocrates auf die Insel zurückgebracht worden sein. — *Achradina* und viell. noch mehr, da die Hss. *data esset* haben, ist ausgefallen. — *custod. div.*, wie c. 10, 10.

9—10. *exempla*, 38, 43, 5: *omnia exempla belli edita*. — *Archimeden* wie *Hippocraten*, 24, 31, 2. — *pavor* oder ein ähnliches Wort scheint ausgefallen zu sein, vgl. 3, 3, 4: *cursus clamorque — haud multum a pavore captae urbis abesse*, 1, 29, 1: *nec pavor*, *qualis captarum esse urbium solet*, Wakefield vermuthet *quantus — cieri*, vgl. 23, 30, 7; 24, 30, 7; 29, 28, 4: *Carthaginis prope ut captae tumultus fuit*. — *intentum* etc., ebenso Cic. Fin. 5, 19, 50; Val. Max. 8, 7 Ext. 7; Sil. It. 14, 676; verschiedene Abweichungen berichtet Plut. Marc. 19. — *describs.*, die handsch. Lesart *discripserat* kann hier, wo von dem Zeichnen der Figuren die Rede ist, schwerlich statthaben, s. 31, 14, 2. — *quis es.*, s. 2, 11, 7: *ne — semet ipse aperiret quis esset*. — *inquis.*, s. 22, 7, 5. — *sepult. c. h.*, s. Cic. Tusc. 5, 23.

tantum fuit, quantum vix capta Carthagine tum fuisset, cum qua
viribus aequis certabatur.
12 Paucis ante diebus quam Syracusae caperentur T. Otacilius
13 cum quinqueremibus LXXX Uticam ab Lilybaeo transmisit et, cum
ante lucem portum intrasset, onerarias frumento onustas cepit
egressusque in terram depopulatus est aliquantum agri circa Uti-
14 cam praedamque omnis generis retro ad navis egit. Lilybaeum
tertio die quam inde profectus erat cum centum XXX onerariis
navibus frumento praedaque onustis redit, idque frumentum ex-
15 templo Syracusas misit, quod ni tam in tempore subvenisset,
victoribus victisque pariter perniciosa fames instabat.

32 Eadem aestate in Hispania, cum biennio ferme nihil admo-
dum memorabile factum esset, consiliisque magis quam armis
bellum gereretur, Romani imperatores egressi hibernis copias
2 coniunxerunt. ibi consilium advocatum, omniumque in unum
congruerunt sententiae, quando ad id locorum id modo actum
3 esset, ut Hasdrubalem tendentem in Italiam retinerent, tempus
esse id iam agi, ut bellum in Hispania finiretur. et satis ad id

11. *tum fu.*, damals, im Gegensatze zu einer anderen Zeit, wo Carth. nicht so reich war, vgl. 1, 55, 9: *ex unius tum urbis*; 40, 21, 7: *parendum patri tum.* — *cum — certab.* scheint hinzugefügt um die Grösse der Beute zu veranschaulichen, da diese in einer Rom an Macht gleichstehenden Stadt sehr bedeutend sein musste, vgl. Plut. c. 19: *λέγεται οὐκ ἐλάττονα τοῦτον ἢ τὸν ὕστερον ἀπὸ Καρχηδόνος διαφορηθέντα πλοῦτον γενέσθαι.* Den ganzen Zusatz *cum — certab.*, will Voss, nur *qua* Madvig tilgen.

31. 12—15. Streifzug auf der Africanischen Küste.

12. *Otacil.*, s. c. 3, 6. — *Uticam* wahrscheinlich während Bomilcar mit der Flotte vor Syracus oder Tarent ist. — *transmisit* braucht L. mehrfach absolut, s. 21, 17, 6; 22, 20, 7 u. a. — *tam* weil *in tempore* adverbiale Bestimmung geworden ist: so zur gelegenen Zeit. — *instabat*, das *instare* war damals wirklich vorhanden.

32—36. Untergang der beiden Scipionen in Hispanien, s. Polyb. 8, 37; App. Ib. 16 ff.; Sil. It. 13, 381 ff.; Eutrop. 3, 8.

1—3. *biennio*, wenn dieses richtig ist, müssen die folgenden Ereignisse ein Jahr später erfolgt sein, da nur im vorhergeh. Jahre, s. 24, 48 f., nichts Bedeutendes unternommen worden ist, im J. 214 aber die 24, 41 geschilderten Kämpfe statthatten. Der Grund der Waffenruhe von Seiten der Punier lag wahrscheinlich in den 24, 49, 4 angegebenen Verhältnissen. — *consiliis*, s. 21, 2, 7; 24, 48, 1. — *coniunx.*, sie sind in Winterlagern vertheilt gewesen, vgl. App. l. l.: *οἱ μὲν Λίβυες ἐχείμαζον ἐν Τυρδιτανίᾳ, τῶν δὲ Σκιπιώνων ὁ μὲν Γναῖος ἐν Ὀρσῶνι, ὁ δὲ Πούπλιος ἐν Καστολῶνι*, jenes in Baetica, dieses im Gebiete der Bastetaner. — *tendentem — ret.*, davon ist seit 23, 21 nicht die Rede gewesen. — *finiretur*, diese Hoffnung konnte wol gefasst werden, so lange Hasdrubal mit dem grössten Theil des Heeres abwesend, schwerlich nachdem er mit verstärkter Macht, s. § 4, zurückgekehrt war.

virium credebant accessisse viginti milia Celtiberorum ea hieme
ad arma excita. hostium tres exercitus erant. Hasdrubal Gisgonis 4
filius et Mago coniunctis castris quinque ferme dierum iter ab
Romanis aberant. propior erat Hamilcaris filius Hasdrubal, ve- 5
tus in Hispania imperator; ad urbem nomine Amtorgim exerci-
tum habebat. eum volebant prius opprimi duces Romani, et spes 6
erat satis superque ad id virium esse: illa restabat cura, ne fuso
eo perculsi alter Hasdrubal et Mago in avios saltus montesque
recipientes sese bellum extraherent. optimum igitur rati divisis 7
bifariam copiis totius simul Hispaniae amplecti bellum, ita inter
se diviserunt, ut P. Cornelius duas partes exercitus Romanorum
sociorumque adversus Magonem duceret atque Hasdrubalem,
Cn. Cornelius cum tertia parte veteris exercitus Celtiberis ad- 8
iunctis cum Hasdrubale Barcino bellum gereret. una profecti 9
ambo duces exercitusque Celtiberis praegredientibus ad urbem
Amtorgim in conspectu hostium dirimente amni ponunt castra.
ibi Cn. Scipio cum quibus ante dictum est copiis substitit, et 10
P. Scipio profectus ad destinatam belli partem.
Hasdrubal postquam animadvertit exiguum Romanum exer- **33**

— *vig. m. Celt.*, vgl. 24, 49, 8; jetzt scheint die Zahl der Hülfstruppen vermehrt zu sein.

4—5. *tres*, vorher war es nur eins, wenn auch zwei Feldherrn, s. 24, 41, 1; vgl. App. Ib. 16: *θέμενοι δ' οἱ Καρχηδόνιοι πρὸς Σύφακα εἰρήνην, αὖθις ἐξέπεμπον ἐς Ἰβηρίαν Ἀσδρούβαν μετὰ πλέονος στρατοῦ καὶ ἐλεφάντων τριάκοντα, καὶ σὺν αὐτῷ ἄλλους δύο στρατηγούς, Μάγωνά τε καὶ Ἀσδρούβαν ἕτερον, ὃς Γίσκωνος ἦν υἱός.* — *iter*, s. Z. § 396. — *vetus*, 27, 47, 5: *illud veterem ducem adsuetumque Romano hosti movit.* — *Amtorgim*, die Lage der Stadt (viell. in der Nähe von Illiturgi oder Castulo) und der Name, denn an u. St. hat die älteste Hdsch. *Amtorgim*, § 9 *Antorgem*, sind ungewiss.

6—8. *illa*, nur die Sorge. — *in avios s.*, wie 22, 20. — *totius* etc., den Krieg in ganz Spanien, in allen Theilen desselben. — *amplecti*, vgl. Tac. Agr. 17: *magnam Britanniae partem aut victoria amplexus est aut bello.* — *diviserunt*, aus dem Folg. ist leicht *exercitum* zu ergänzen; die Wiederholung des Wortes scheint absichtlich, um die Ausführung des mit *divisis* etc. angegebenen Beschlusses zu bezeichnen, s. 24, 12, 7. — *duas p.*, zwei Drittheile. — *Barcino*, was § 5 *filius Hamilcaris* ist.

9. *exercitus*, die beiden Heere, wie sie getheilt waren. — *amni*, welcher Fluss dieses sei, ist nicht mit Sicherheit zu bestimmen; da jedoch nach 28, 19, 2: *Illiturgitani prodendis qui ex illa clade* (der Scipionen) *ad eos perfugerant*, die Niederlage nicht so weit von Illiturgi erfolgt sein kann, ist wol der Baetis gemeint, in keinem Fall der Hiberus, den die Punier erst später erreichen, s. c. 37, 8. — *ante d. e.*, nicht *substitisse* sondern *cum copiis quas ante diximus*, oder *quas eum accepisse ante dictum est*, vgl. 1, 29, 4.

33. 1—3. *exiguum*, nur ein

citum in castris et spem omnem in Celtiberorum auxiliis esse,
2 peritus omnis barbaricae et praecipue [omnium] earum gentium,
3 in quibus per tot annos militabat, perfidiae, facili linguae *commercio*, cum utraque castra plena Hispanorum essent, per occulta conloquia paciscitur magna mercede cum Celtiberorum prin-
4 cipibus, ut copias inde abducant. nec atrox visum facinus: non enim ut in Romanos verterent arma agebatur, et merces, quanta vel pro bello satis esset, dabatur, ne bellum gererent, et cum quies ipsa tum reditus domum fructusque videndi suos suaque
5 grata vulgo erant. itaque non ducibus facilius quam multitudini persuasum est. simul ne metus quidem ab Romanis erat, quippe
6 tam paucis, si vi retinerent. id quidem cavendum semper Romanis ducibus erit, exemplaque haec vere pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris suarum-
7 que proprie virium in castris habeant. signis repente sublatis Celtiberi abeunt, nihil aliud quaerentibus causam obtestantibusque, ut manerent, Romanis respondentes quam domestico se
8 avocari bello. Scipio, postquam socii nec precibus nec vi retineri poterant, nec se aut parem sine illis hosti esse aut fratri rursus coniungi vidit posse, nec ullum aliud salutare consilium in
9 promptu esse, retro quantum posset cedere statuit, in id omni

kleines Heer von Römern. — *barbaricae perfid.*, statt *perfidiae barbarorum*, um abzuwechseln, vgl. 30, 28, 3; dagegen ist *omnium* nach *omnem* und *omnis* nicht passend und an sich überflüssig. — *commercio* und viell. noch mehr ist ausgefallen, vgl. 1, 18, 3: *quo linguae commercio*; 5, 15, 5 u. a. — *pasciscitur m. m.*, s. 24, 49, 7.

4—5. *pro b.*, für die Führung des Krieges. — *esset*, nach der damaligen Ansicht der Celtiberer. — *dabatur*, es geschah wirklich, nur hatten sie es noch nicht angenommen. — *quies*, vgl. dagegen 24, 42, 6. — *videndi s.*, s. 21, 21, 7. — *facil.*, es soll wol nicht gesagt werden, dass mit der grossen Menge verhandelt worden sei. — *persuasum e.*, absolut, wie oft bei L. — *tam p.* n. *ut non possent vi retinere si* etc. — *retinerent* schliesst sogleich den Begriff des Wollens ein, s. 23, 19, 7: *importarent*, vgl. 24, 24, 8 u. a.

6—7. *id quidem* etc., nur selten streut L. solche Warnungen ein, die hiesige ist viell. durch ein gleichzeitiges Ereigniss veranlasst, vgl. 9, 18, 16 f. — *exempla h.*, Ereignisse, die recht eigentlich und dem Wortsinne nach für Warnungsbeispiele, was nicht alle *exempla* sind, gehalten werden müssen, s. 24, 8, 20; praef. 10. — *ne ita* — *ut non*, nicht — ohne dass = nur so dass. — *suar. proprie*, ausschliesslich ihnen angehörend, nicht blos vorübergehend mit ihnen verbunden und zugleich von Andern abhängig. Da *suus* hier Adjectivum ist, konnte es durch ein Adverbium näher bestimmt werden, vgl. 4, 41, 1. — *virium* nach *roboris*, jenes Kraft etwas auszuführen zum Angriff, dieses nachhaltige Kraft zum Widerstand. — *signis*, asyndetisch, ohne das zu erwartende *igitur*.

cura intentus, necubi hosti aequo se committeret loco, qui trans-
gressus flumen prope vestigiis abeuntium insistebat.
Per eosdem dies P. Scipionem par terror, periculum maius 34
ab novo hoste urgebat. Masinissa erat iuvenis — eo tempore 2
erat socius Carthaginiensium, quem deinde clarum potentemque
Romana fecit amicitia —, is tum cum equitatu Numidarum et 3
advenienti P. Scipioni occurrit, et deinde adsidue dies noctesque
infestus aderat, ut non vagos tantum procul a castris lignatum 4
pabulatumque progressos exciperet, sed ipsis obequitaret ca-
stris invectusque in medias saepe stationes omnia ingenti tu-
multu turbaret. noctibus quoque saepe incursu repentino in 5
portis valloque trepidatum est, nec aut locus aut tempus ullum
vacuum a metu ac sollicitudine erat Romanis, compulsique intra 6
vallum adempto rerum omnium usu. cum prope iusta obsidio
esset, futuramque artiorem eam appareret, si se Indebilis, quem
cum septem milibus et quingentis Suessetanorum adventare fa-

9. *necubi*, s. 2, 2, 1; 22, 2, 3 u. a. — *vestigiis in.*, in die Fusstapfen treten, auf dem Fusse folgen, s. 24, 4, 5. Die Feinde scheinen nach Osten vorgerückt zu sein, wohin wahrscheinlich die Celtiberer gezogen waren, s. c. 32, 9.

34. 1—2. *novo*, der erst kurz vorher angelangt war, vgl. 24, 49; Appian. Libyc. 10: *παῖς ἦν τοῦ βασιλέως Μασανάσσης, ὃς ἐτέθραπτο μὲν ἐν Καρχηδόνι καὶ πεπαίδευτο, ὄντι δ' αὐτῷ καὶ τὸ σῶμα καλῷ καί τὸν τρόπον ἀρίστῳ Ἀσδρούβας ὁ Γίσκωνος, οὐδενὸς Καρχηδονίων δεύτερος, ἐνεγύησε τὴν θυγατέρα* (Sophonibe), *καίπερ ὄντι Νομάδι, Καρχηδόνιος ὤν. ὡς δ' ἐνεγύησεν, ἐπήγετο ἐς Ἰβηρίαν στρατηγῶν τὸ μειράκιον.* — *Masin. er.*, s. c. 19, 9. Der Zusatz *eo — Carthaginiens.* erklärt, wie von ihm, obgleich er ein so treuer Bundesgenosse der Römer ward, jetzt diesen Gefahr bereitet wurde, und ist deshalb nicht als blosses Prädicat, sondern selbstständig angefügt. Die Wiederholung von *erat* besonders in der Parenthese findet sich auch sonst. — *quem d.*, während ihn später.

3—5. *aderat*, bezeichnet nicht blos da sein, sondern thätig sein, und zwar hier feindlich, gewöhnlich im entgegengesetzten Sinne, weshalb *infestus* zugesetzt ist; vgl. Sall. C. 52, 18: *feroces aderunt;* I. 50, 4: *infensi adesse.* — *obequit.*, s. 2, 45, 3, hier: feindlich, 23, 46, 13, anders 30, 12, 1. — *noctibus*, in den einzelnen Nächten, nicht *noctu.* — *in p. v.*, die Wachen in den Thoren und auf dem Walle geriethen in Verwirrung.

6—8. *compulsiq.* etc., und so wurden sie u. s. w., vgl. 3, 5, 8: *cum compulsi in castra rursus obsiderentur.* Ueber *intra* s. 3, 4, 8; 31, 38, 5. — *omnium rer.*, was § 4 durch *pabulatum lig.* angedeutet ist. — *Suessetan.*, sie werden nur von L. erwähnt, s. 34, 20, 1; 39, 42, 1; wahrscheinlich halten sie ihre Sitze in der Nähe der Ilergeten und Lacetaner im diesseitigen Spanien; da Indibilis sonst *regulus Ilergetum* oder *princeps Il.* heisst, s. zu 22, 21, 3; 29, 1, 19, vgl. jedoch 28, 24, 3: *Mandonius et Indibilis — concitatis popularibus (Lacetani autem erant) et iuventute Celtiberorum excita agrum Suessetanum Sedeta-*

7 ma erat, Poenis coniunxisset, dux cautus et providens Scipio vi-
ctus necessitatibus temerarium capit consilium, ut nocte Indebili
obviam iret et, quocumque occurrisset loco, proelium consereret.
8 relicto igitur modico praesidio in castris praepositoque Ti. Fon-
teio legato media nocte profectus cum obviis hostibus manus
9 conseruit. agmina magis quam acies pugnabant, superior tamen,
ut in tumultuaria pugna, Romanus erat. ceterum et equites Nu-
midae repente, quos fefellisse se dux ratus erat, ab lateribus cir-
10 cumfusi magnum terrorem intulere. contracto adversus Numidas
certamine novo tertius insuper advenit hostis, duces Poeni adse-
cuti ab tergo iam pugnantis; ancepsque proelium Romanos cir-
cumsteterat incertos, in quem potissimum hostem quamve in
11 partem conferti eruptionem facerent. pugnanti hortantique im-
peratori et offerenti se, ubi plurimus labor erat, latus dextrum
lancea traicitur; cuneusque is hostium, qui in confertos circa du-
cem impetum fecerat, ut exanimem labentem ex equo Scipionem
vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nuntiantes
12 discurrunt imperatorem Romanum cecidisse. ea pervagata pas-
sim vox ut et hostes haud dubie pro victoribus et Romani pro
13 victis essent fecit. fuga confestim ex acie duce amisso fieri coe-

numque — depopulati sunt. — *cautus e. p.*, sonst ein Feldherr, der sich sicher zu stellen und zweckmässige Massregeln für die Zukunft zu treffen wusste. — *capit c. ut*, eine bei L. nicht häufige Construction, vgl. c. 37, 17: *ad consilium — animum adiecit, ut* etc.; Cic. Att. 7, 10: *subito consilium cepi, ut — exirem;* ib. 2, 24, 3: *consilium ut;* Fam. 9, 2, 2; ib. 11, 10, 4; 15, 15, 1: *adduxit ad id consilium ut* etc. p. Tull. 34: *consilium capiunt ut;* Caes. B. G. 1, 48 u. a.

9—10. *agmina m.*, s. 21, 57, 12; 29, 36, 4; 33, 9, 5. — *ut in* etc., beschränkend, so weit es — geschehen konnte, s. c. 19, 15; 33, 36, 5: *illustres viri aliquot in illo tumultuario proelio ceciderunt;* 44, 35, 19 u. a. — *et* bei *equites* ist wol nicht: auch, in Beziehung auf das Vorhergeh. gesagt, sondern statt *et* entspricht demselben im Folg. *insuper*, vgl. 21, 28, 2. Andere schieben nach *intulere* noch *et* ein. — *duces P.* etc. Epexegese zu *tertius hostis.* — *advenit* schliesst in Bezug auf *adsecuti* die Folge ein: war da. — *ancepsq.*, und so hatte sie von zwei Richtungen (*ab lateribus* und *ab tergo*) der Kampf umringt; doch folgt nicht *utrum*, sondern *quem*, weil der Begriff der Zweiheit nicht urgirt wird; auch Indibilis noch nicht überwunden ist.

11—12. *pugn. hort.*, s. 26, 39, 16: *pugnantem hortantemque* etc. — *offerenti se* u. *periculo ibi, ubi.* — *cuneus*, nur: die dicht gedrängte Schaar, s. 8, 10, 6; 10, 29, 7. — *exanim. lab.*, s. zu 1, 21, 1; 27, 27, 7: *Marcellum transfixum lancea labentem ex equo moribundum videre.* — *discurrunt* musste auf die Einzelnen bezogen werden, Z. § 366. *passim* nach allen Seiten hin. — *pro v.* — *pro vict.*, als solche erschienen, mildert die Lage nach beiden Seiten, vgl. 2, 7, 3: *ita — abiere Romani ut victores, Etrusci pro victis;* 21, 9, 1.

pta est: ceterum ut ad erumpendum inter Numidas leviumque
armorum alia auxilia haud difficilis erat, ita effugere tantum 14
equitum aequantiumque equos velocitate peditum vix poterant;
caesique prope plures in fuga quam in pugna sunt, nec super-
fuisset quisquam, ni praecipiti iam ad vesperum die nox inter-
venisset.

Haud segniter inde duces Poeni fortuna usi confestim e **35**
proelio vix necessaria quiete data militibus ad Hasdrubalem Ha-
milcaris citatum agmen rapiunt, non dubia spe, *cum se* con-
iunxissent, debellari posse. quo ubi est ventum, inter exercitus 2
ducesque victoria recenti laetos gratulatio ingens facta impera-
tore tanto cum omni exercitu deleto et alteram pro haud dubia
parem victoriam expectantes. ad Romanos nondum quidem fa- 3
ma tantae cladis pervenerat, sed maestum quoddam silentium
erat et tacita divinatio, qualis iam praesagientibus animis immi-
nentis mali esse solet. imperator ipse, praeterquam quod ab so- 4
ciis se desertum, hostium tantum auctas copias sentiebat, conie-
ctura etiam et ratione ad suspicionem acceptae cladis quam ad
ullam bonam spem pronior erat: quonam modo enim Hasdruba- 5
lem ac Magonem, nisi defunctos suo bello, sine certamine addu-

13—14. *inter*, zwischen durch. — *levium arm. aux.*, s. 22, 37, 7. — *difficilis*, dazu ist, wenn nicht ein anderes Substantiv ausgefallen ist, wieder *fuga* zu nehmen, da man nur zu durchbrechen hatte, bei dem Durchbrechen. Doch wäre die Verbindung *fuga difficilis ad erump.* sehr hart und wol nur durch die Entfernung von *fuga* und die Nähe von *difficilis* zu erklären; s. 3, 5, 12: *difficile ad fidem;* Cic. Tusc. 2, 7, 18: *res ad tolerandum difficilis;* L. 27, 11, 5: *faciliore ad duplicanda verba Graeco sermone* u. a. — *praecipiti*, s. 4, 9, 13.

35. 1—2. *Hamilcaris*, 26, 17, 4; c. 37, 8; 28, 12, 13: *Hasdrubal Gisgonis;* Z. § 761. — *citatum — rap.*, der pleonastische Ausdruck bezeichnet die grosse Eile. — *cum s. c.*, ob nur *cum* s. Cic. Att. 7, 20, 2: *turpitudo coniungendi cum tyranno*, oder auch *se*, 28, 36, 2, fehle, ist nicht zu bestimmen. — *coniunx.*, s. zu 31, 38, 4. — *gratul. f.* wie 30, 40, 3. — *deleto — expectantes*, vgl. 5, 18, 5; statt *imperatore — deleto* dem Particip unterzuordnen, ist es ihm beigeordnet, eine bisweilen sich findende, weniger genaue Verbindung, s. 45, 7, 5: *iussis aliis — progressusque;* Sall. I. 98, 4; Tac. Ann. 3, 11, die aber ebenso statt haben kann, wie die von adject. und abl. oder genit. qualitatis u. ä., s. c. 36, 5.

3—4. *maestum* etc., s. Einleit. S. 19. — *divinatio*, s. 26, 20, 5: *divinatio quaedam futuri*, ein durch höhere Einwirkung erregtes Vorgefühl, während *praesagire* das aus dem menschlichen Geiste selbst entspringende bezeichnet; *praes. an.* ist abl. abs. und zu *mali* ist wieder *divinatio* zu denken. — *coniectare* die Muthmassung aus Wahrscheinlichkeitsgründen; *ratione*, Berechnung; *suspicio*, Vermuthung von etwas Unglücklichen, vgl. 32, 30, 9; 1, 5, 5; zu der ganzen Situation 27, 47, 5.

5—6. *defunctos*, nachdem sie

6 cere exercitum potuisse? quo modo autem non obstitisse aut ab
tergo secutum fratrem, ut, si prohibere quo minus in unum coi-
rent et duces et exercitus hostium non posset, ipse certe cum
7 fratre coniungeret copias? his anxius curis id modo esse salu-
tare in praesens credebat, cedere inde quantum posset; et [inde]
una nocte ignaris hostibus et ob id quietis aliquantum emensus
8 est iter. luce ut senserunt profectos hostes, praemissis Numidis
quam poterant maxime citato agmine sequi coeperunt. ante no-
ctem adsecuti Numidae nunc ab tergo nunc in latera incursantes
9 consistere coegerunt ac tutari agmen; quantum possent tamen
tuto ut simul pugnarent procederentque Scipio hortabatur, prius-
36 quam pedestris copiae adsequerentur. Ceterum nunc agendo nunc
sustinendo agmen cum aliquamdiu haud multum procederetur et
2 nox iam instaret, revocat proelio suos Scipio et conlectos in tu-
mulum quendam non quidem satis tutum, praesertim agmini
3 perculso, editiorem tamen quam cetera circa erant subducit. ibi
primo impedimentis et equitatu in medium receptis circumdati
pedites haud difficulter impetus incursantium Numidarum arce-

glücklich beendigt hatten. *suo*, den ihnen angewiesenen. — *autem* auf der anderen Seite; *aut* oder wenigstens, auch dazu ist *non* zu nehmen — *quo minus* nach *prohibere* mit einer Negation, wie 39, 39, 7; *ne impedimento esset, quo minus*, findet sich mehr bei Cicero, s. Att. 2, 4, 7: *ne impediret quo minus;* ib. 18, 3; 4, 2, 6; Fam. 3, 7, 3; 13, 5, 1; 7, 5, 3; Q. Fr. 1, 2, 4, 14; 2, 13, 3; Fin. 1, 10, 33; Tusc. 1, 20, 47; Verr. 2, 5, 14 u. a. Caes. B. G. 8, 34, 3; ebenso selten hat L. nach dem negirten *prohibere*, wie 26, 40, 4, *quin,* ohne Negation hat es bisweilen *ne*, s. 24, 43, 4; gewöhnlich in beiden Fällen den inf. oder accus. c. inf., vgl. 3, 28, 7.

7—9. *id* weist nur auf *cedere* hin und ist gesetzt, um *modo* hinzufügen zu können, vgl. 26, 11, 7; 28, 41, 9. 34, 12, 8; 23, 31, 8: *utrumque* u.a. — *et inde* ist sonst dichterisch; *inde* scheint aus dem Vorherg. wiederholt; zu *una* s. 1, 51, 5. — *aliquant. iter* wie 29, 35, 13: *aliquantum spatium.* — *tuto*, wenn es richtig ist (es wird *niti* vermuthet: viell. ist *tum quoque* verdorben) kann nicht bedeuten: ohne Gefahr, sondern wie vorher *tutari:* in gedecktem Zuge, so dass der Feind nicht eindringen kann. Ueber die Nachstellung von *ut* s. 9, 24, 4: *perpulit, prope adiuncta moenibus Romana castra ut — removerentur;* 33, 11, 4: *vox bono animo esse regem ut iuberet*, u. a. — *pedestris*, s. 24, 5, 5.

36. 1—3. *agendo* abl. modalis; über *agmen agere*, s. 6, 28, 2; *sustinendo* = *morando*, anhalten, Halt machen, Caes. C. 1, 64, 1. — *proelio*, s. Tacit. Agr. 18: *cuius possessione revocatum;* Verg. G. 4, 88: *ubi ductores acie revocaveris ambo;* Cic. Att. 4, 17, 3: *exercitum Britannia reportabant;* doch konnte a. u. St. nach *revocat* leicht *a* oder *ab* ausfallen, da sonst die Präpos. mehr bei Dichtern und Spätern weggelassen wird. — *non quidem* ohne *ille* wie 1, 29, 1; 9, 19, 14; Curt. 8, 14, 2; 6, 29, 3, und oft bei Späteren, vgl. 24, 5, 1: *vix quidem.* — *subduc.*, s. 36, 18, 6: *subductis ordinibus.*

bant; dein, postquam toto agmine tris imperatores cum tribus 4
iustis exercitibus aderant, apparebat parum armis ad tuendum
locum sine munimento valituros esse, circumspectare atque agi- 5
tare dux coepit, si quo modo posset vallum circuminicere. sed
erat adeo nudus tumulus et asperi soli, ut nec virgulta vallo cae-
dendo nec terra caespiti faciendo aut ducendae fossae aliive ulli
operi apta inveniri posset, nec natura quicquam satis arduum 6
aut abscisum erat, quod hosti aditum ascensumve difficilem
praeberet; omnia fastigio leni subvexa. ut tamen aliquam ima- 7
ginem valli obicerent, clitellas inligatas oneribus velut struentes
ad altitudinem solitam circumdabant cumulo sarcinarum omnis
generis obiecto, ubi ad moliendum clitellae defuerant. Punici ex- 8

4—5. *iustis* im Gegensatze zu den Numidern, s. 24, 14, 4. — *aderant* — *adpareb.* gehört noch zum Vordersatz; das etwas harte Asyndeton soll dieses Moment hervorheben, wozu auch die chiastische Stellung dient; doch wird gewöhnlich *que* hinzugefügt. — *agitare* n. *animo*, vgl. 7, 14, 6: *omnia circumspicere atque agitare coepit;* vgl. 35, 28, 7: *animum agitaverat.* — *circuminicere*, ein decompositum wie die mit *super*, s. 2, 10, 11, und *ad*, s. 22, 4, 2: *colles adinsurgunt* gebildeten; *in* scheint hinzugefügt, weil der Hügel selbst schon hoch war, vgl. 24, 16, 3. — *nudus* — *asperis*, s. 3, 62, 6: *exercitus veteris perpetuaeque alterum gloriae, alterum nova victoria elatum;* 32, 15, 6 u. a. — *vallo*, wie oft collectiv; doch tragen sonst die Soldaten die *valli* mit sich, s. 3, 27, 3; nach der 33, 5 gegebenen Beschreibung derselben konnten sie auch in virgultis gehauen werden. — *caesp. fac.*, Veget. 3, 8: *caespes autem circumciditur ferramentis, qui herbarum continet terram: fit altus semipedem, latus pedem, longus pedem semis; facere* scheint darnach zu bedeuten, den Rasen zum Bau des Walles zurichten und ein technischer Ausdruck zu sein. — *operi*, andere Befestigungen am Walle.

6. *arduum*, in die Höhe, gerade emporragend, was der Hügel immerhin nicht sein konnte, obgleich er *editior* war. — *fastigio*, s. 27, 18, 6: *altera inferior submissa fastigio planities;* Caes. B. C. 1, 45, 5: *locus tenui fastigio*, über *lenis* s. 2, 50, 10: *editum leniter collem*, vgl. 21, 37, 3. — *subvexa*, allmählig aufsteigend, vgl. *devexus*, scheint nur hier vorzukommen.

7. *imagin. val.*, einen Scheinwall, s. dagegen Polyb. 8, 37, eine Stelle, die wahrscheinlich in das 9. Buch gehört: σὺν γὰρ τοῖς ἐπιδεδεμένοις φορτίοις τὰ κανθήλια λαβόντας ἐκ τῶν ὄπισθεν, προθέσθαι πρὸ αὐτῶν ἐκέλευσε τοὺς πεζούς. οὗ γενομένου συνέβη παρὰ πάντας χάρακας ἀσφαλέστατον γενέσθαι τὸ πρόβλημα. Ueber die *clitellae* 7, 14, 6. — *inlig.*, 30, 10, 3. — *struentes* absolut; wie wenn sie (den Wall) aufbauten, vgl. Plin. 36, 22, 172: *reticulata structura, qua frequentissime struunt.* — *omnis gen.* im Gegensatz zu *oneribus*, dem schweren Lagergeräthe, welches auf Saumthieren oder Wagen fortgeschafft wurde; doch heissen § 10 die hier sarcinae genannten Gegenstände *onera.* — *obiecto* ist nicht vor dem *circumdare* vollendet, sondern ein nach demselben eintretender Umstand, während sie u. s. w., s. 21, 1, 5; 4, 10, 7; 23, 24, 10 u. a. — *moliendum*, absolut wie

ercitus postquam advenere, in tumulum quidem perfacile agmen
erexere; munitionis facies nova primo eos velut miraculo quodam
9 tenuit, cum duces undique vociferarentur, quid starent et non
ludibrium illud vix feminis puerisve morandis satis validum dis-
traherent diriperentque? captum hostem teneri latentem post
10 sarcinas. haec contemptim duces increpabant. ceterum neque
transilire nec moliri onera obiecta nec caedere stipatas clitellas
11 ipsisque obrutas sarcinis facile erat. tardatis diu cum amoliti
obiecta onera armatis dedissent viam, pluribusque idem partibus
12 fieret, capta iam undique castra erant; pauci a multis perculsique
a victoribus passim caedebantur. magna pars tamen militum
cum in propinquas refugisset silvas, in castra P. Scipionis, qui-
13 bus Ti. Fonteius legatus praeerat, perfugerunt. Cn. Scipionem alii
in tumulo primo impetu hostium caesum tradunt, alii cum pau-
cis in propinquam castris turrim perfugisse; hanc igni circum-
datam atque ita exustis foribus, quas nulla moliri potuerant vi,
14 captam, omnisque intus cum ipso imperatore occisos. — Anno

struentes = *molem, vallum struere, obicere*, wie sonst *munire*.

8—9. *advenere* nimmt *aderant* § 4 wieder auf. — *miraculo* s. 1, 59, 2; 22, 53, 6: *stupore ac miraculo torpidos defixisset.* — *cum — vociferar.*, während die Anführer u. s. w., s. 24, 10, 11; 28, 14, 19: *et iam conflixerant cornua, cum Poeni — nondum ad teli ictum venissent;* 23, 27, 5: *iam primi conseruerant manus, cum alii catervatim currerent;* 27, 51, 3: *legati — in forum pervenerunt, cum alii ipsos — percunctarentur;* 2, 5, 8; 3, 46, 2; 4, 48, 15 u. a. — *ludibrium*, Gaukelspiel in Bezug auf *imago, facies* § 1. — *post. sarc.*, die sonst hinter die Linie geschafft werden, s. § 7 die Stelle aus Polyb.

10—12. *contempt.*, s. 2, 56, 12. — *moliri*, mit Anstrengung wegschaffen, s. § 13; 28, 7, 7: *molientes* 33, 5, 5: *molitio.* — *ipsisq.*, wenn es richtig ist: die selbst auch überdies. — *tardatis d.*, die Lesart jüngerer Hss., welche nicht richtig sein kann; entweder waren die thätigen Personen näher bezeichnet, oder die Art wie, oder die Werkzeuge mit denen der Wall entfernt wurde angegeben, etwa *trahentes trudibus*, nach Isidor *hastae cum lunato ferro*, vgl. 30, 10, 16; oder *trabibus nisi* (*usi*), vgl. Tac. H. 4, 30; Madvig vermuth.: *trudentes* (*trahentes?*) *sudibus;* Andere *opera data diu* oder entfernen als aus dem Vorhergeh. wiederholt *onera obiecta* und *armatis*, auch wegen der Häufung der Participia — *amol.*, über den substantiv. Gebrauch der Participia mit der Construction des Verbum, s. 1, 17, 9; 38, 18, 3: *missi ad Eposognatum redierunt;* 39, 25, 7: *praeter belli casibus amissos;* 31, 17, 4 u. a. — *pluribusq.*, und so dieses — geschah, ohne gerade anzugeben, dass es an einer bestimmten Stelle früher geschehen sei. — *in castra* etc., dieses ist also in der Nähe zu denken, weil die Fliehenden sonst den Numidern nicht entgangen wären; Fonteius scheint gerade in die Gegend gekommen zu sein, wo der Ueberfall stattfand.

13—14. *turrim*, ebenso Sil. It. 13, 688; App. l. l., der sonst die Vorfälle in anderer Weise darstellt. — *moliri*, erbrechen, s. 24, 46, 5.

octavo postquam in Hispaniam venerat Cn. Scipio, undetricensimo die post fratris mortem est interfectus. luctus ex morte eorum non Romae maior quam per totam Hispaniam fuit. quin 15
apud civis partem doloris et exercitus amissi et alienata provincia et publica trahebat clades: Hispaniae ipsos lugebant desidera- 16
bantque duces, Cnaeum magis, quod diutius praefuerat iis, priorque et favorem occupaverat et specimen iustitiae temperantiaeque Romanae primus dederat.

Cum deleti exercitus amissaeque Hispaniae viderentur, vir 37
unus res perditas restituit. erat *in* exercitu L. Marcius Septimi 2
filius, eques Romanus, impiger iuvenis animique et ingeni ali-

— *occisos*, App. l. l.: καὶ ὁ Σκιπίων κατεκαύθη μετὰ τῶν συνόντων· *an. octavo*, es ist erst das siebente, s. 21, 32, 3; viell. hat L. die Erzählung aus einer Quelle genommen, welche richtiger, s. c. 32, 1, diese Ereignisse in das folg. Jahr setzte, und daher auch die auf seine Zeitrechnung nicht passende Angabe entlehnt, denn dass er selbst, nicht die Abschreiber geirrt haben, zeigt c. 38, 6, s. Sil. It. 13, 671. — *undetric.*, nach L's Darstellung sollte man eine so lange Zeit nicht erwarten.

15—16. *quin* etc., durch *non — maior — quam* wird die Trauer beider gleichgestellt, aber mit der Andeutung, dass man von den Spaniern eine solche Theilnahme nicht habe erwarten können. Zu diesem Gedanken enthält *quin* etc., eine Verbesserung: vielmehr nahm bei (*apud* von Seiten) seinen Mitbürgern das Unglück, das den Staat durch den Untergang des Heeres und den Verlust der Provinz betroffen hatte, einen Theil der Trauer in Anspruch (*trahebat* n. *ad se*), und entzog sie so den Scipionen, während in Spanien nur diese selbst betrauert wurden, vgl. 28, 39, 6: *luctuosius nobis quoque quam vobis perierunt.* — *Cnaeum* n. *tamen.* Zu *magis* ist nicht *eo*, vgl. 2, 19, 10; 26, 38, 9, zu denken, sondern *quam Publium*, ebenso ist in Bezug auf diesen *diutius* und im Folg. *prior* gesagt, während bei *primus* an die zu denken ist, welche später nach Spanien kamen. — *iustit. temper.*, ächtrömische Tugenden. Einzelne Züge derselben, s. Val. Max. 4, 4, 10; Zon. 9, 3, hat L. übergangen. — *specimen*, s. 5, 26, 10. — *dederat*, s. 38, 58, 6: *quod (Scipiones) Romanae temperantiae fideique specimen illis gentibus dedissent;* 29, 31, 3.

37—39. Cn. Marcius, s. Front. Strat. 2, 6, 2; 2, 10, 2; Val. Max. 1, 6, 2; 2, 7, 15; 8, 15, 11; Plin. 2, 107, 241; 35, 3, 4; Sil. It. 13, 700.

1—2. *exercitus*, der Plural wie § 16; c. 36, 15; 32, 9; 38, 4; dagegen ist es jetzt nur ein Heer, § 2 u. 6. *vir unus*, s. 30, 26, 9: *unum hominem — rem restituisse.* — *res perd.*, s. 31, 43, 4; 9, 2, 12: *perditis rebus ac spe omni adempta;* 5, 39, 3: *in perdita re*, doch ist die Lesart nicht sicher. — *L. Marc. Sept. f.*, er wird 32, 2, 5 *L. Marcius Septimus* genannt; 28, 28, 13 ist *Septimium Marcium* verschrieben; *Septimus* ist Zuname wie *Primus*, *Secundus* u. a., *Septimius* Familienname, der neben dem anderen, *Marcius*, nicht statt haben kann. Ueber *Septim. fil.* s. 4, 45, 5: *C. Servilium Prisci filium;* 10, 47, 5: *Q. Fabium Maximi filium* u. a. — *eques R.*, nach Val. Max. 2, 7, 15: *L. Marcius tribunus militum;* dagegen Cic. Balb. 15, 34: *L. Marcius, primi pili cen-*

3 quanto quam pro fortuna in qua erat natus maioris. ad summam
indolem accesserat Cn. Scipionis disciplina, sub qua per tot an-
4 nos omnis militiae artis edoctus fuerat. *is* et ex fuga collectis
militibus et quibusdam de praesidiis deductis haud contemnen-
dum exercitum fecerat iunxeratque cum Ti. Fonteio P. Scipionis
5 legato. sed tantum praestitit eques Romanus auctoritate inter
milites atque honore, ut castris citra Hiberum communitis, cum
6 ducem exercitus comitiis militaribus creari placuisset, subeuntis
alii aliis in custodiam valli stationesque donec per omnis suffra-
gium iret, ad L. Marcium cuncti summam imperii detulerint.
7 omne inde tempus — exiguum id fuit — muniendis castris
convehendisque commeatibus consumpsit; et omnia imperia mi-
lites cum inpigre tum haudquaquam abiecto animo exequebantur.
8 ceterum postquam Hasdrubalem Gisgonis venientem ad reliquias
belli delendas transisse Hiberum et adpropinquare adlatum est,
signumque pugnae propositum ab novo duce milites viderunt,
9 recordati, quos paulo ante imperatores habuissent quibusque et
ducibus et copiis freti prodire in pugnam soliti essent, flere
omnes repente et offensare capita, et alii manus ad caelum ten-

turio. — *anim. ing.*, s. 9, 17, 10; 22, 29, 9. — *fortuna* der Stand, 1, 39, 4: *magnae fortunae;* also nicht einer der *equites illustres*, s. 24, 47, 12; hier wie 28, 42, 5: *L. Marcius — si nobilitas ac iusti honores adornarent*, *claris imperatoribus qualibet arte belli par*, wird die Ansicht ausgesprochen, dass hoher Stand grosse Geistesgaben erwarten lasse, vgl. Einleit. S. 7 a. E. — *in qua*, s. 1, 34, 4: *his, in quibus nata erat.*

3—6. *sub qua*, weil die *disciplina* besonders beachtet werden soll; vgl. c. 40, 5. — *is* ist wahrscheinlich ausgefallen, wie § 1 *in.* — *ex fuga*, s. 22, 55, 4. — *praesidiis*, Garnisonen aus den besetzten Städten. — *cum Ti. Font.* st. *cum exercitu Ti. Fontei*, vgl. 2, 13, 8. — *inter mil.:* er genoss — unter, bei den Soldaten, 6, 34, 5: *haudquaquam inter id genus contemptor habebatur.* — *comit. mil.*, wahrscheinlich war auch der Quästor geblieben, s. c. 17, 7. Die Wahl des Feldherrn durch das Heer ist ungesetzlich, nur durch die Noth geboten, s. 22, 14, 15; auch die 7, 16, 7, erwähnten Comitien sind mit den hier bezeichneten nicht zu verwechseln. — *per om.* etc., alle der Reihe nach gestimmt hatten, 1, 17, 6: *imperium per omnes — ibat.* — *subeunt.*, indem einer nach dem andern eintrat, vgl. 7, 36, 1. — *summa imp.* Front. 2, 6, 2 nur *exercitus imperium detulit.*

7—9. *omne t.*, bis zur Ankunft der Feinde. — *tum* etc. bildet den Uebergang zum Folg. — *Gisgonis*, c. 35, 1. — *Hiberum*, bis über diesen also haben sich die Römer vom Baetis, s. c. 32, 9, retten können. — *sign. pug.*, s. 22, 3, 9. — *duce — imperatores*, jenes nur der Anführer, dieses die gesetzlich mit dem imperium betrauten oder von den Soldaten nach einem Siege als *imperatores* begrüssten Oberfeldherrn, 4, 20, 6; 31, 21, 18. Im Folg. werden sie im Gegensatz zu *copiae*, an deren Spitze sie stehen, gleichfalls *duces* genannt. — *offensare*, an die Wand oder die Erde stossen, als

dere deos incusantis, alii strati humi suum quisque nominatim
ducem implorare. neque sedari lamentatio poterat excitantibus 10
centurionibus manipulares et ipso mulcente et increpante Marcio,
quod in muliebris et inutiles se proiecissent fletus potius, quam
ad tutandos semet ipsos et rem publicam secum acuerent animos,
et ne inultos imperatores suos iacere sinerent: cum subito cla- 11
mor tubarumque sonus — iam enim prope vallum hostes erant
— exauditur. inde verso repente in iram luctu discurrunt ad
arma, ac velut accensi rabie discurrunt ad portas et in hostem
neglegenter atque incomposite venientem incurrunt. extemplo 12
inprovisa res pavorem incutit Poenis, mirabundique, unde tot
hostes subito exorti prope deleto exercitu forent, unde tanta au-
dacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis, quis imperator duobus
Scipionibus caesis exstitisset, quis castris praeesset, quis signum
dedisset pugnae — ad haec tot tam necopinata primo omnium 13
incerti stupentesque referunt pedem, dein valida inpressione
pulsi terga vertunt. et aut fugientium caedes foeda fuisset aut 14
temerarius periculosusque sequentium impetus, ni Marcius pro-
pere receptui dedisset signum obsistensque ad prima signa et
quosdam ipse retinens concitatam repressisset aciem. inde in

Zeichen der Trauer und Verzweiflung, vgl. Suet. Oct. 23: *caput foribus illidere*, auch im Griech. *παίειν τὴν κεφαλὴν πρὸς τὸν τοῖχον;* das sonst seltene *offensare* soll die Heftigkeit bezeichnen.

10—11. *manipular*, s. c. 14, 7. — *mulcente e. i.*, zu beruhigen suchte und schalt, vgl. 26, 21, 17: *nunc consolando nunc castigando;* ib. 35, 7. — *potius quam*, s. 2, 15, 2. — *et ne* etc. entspricht *ad tutandos:* und nicht einmal etwas thun wollten um zu rächen. — *cum* etc. ist Nachsatz zu *neque* etc. — *in iram*, s. c. 16, 19; 22, 51, 9. — *discurr. ad ar.*, von den Plätzen wo sie zusammen gestanden haben. — *ad port.*, die Wuth lässt sie nicht erst sich versammeln, sondern treibt die Vereinzelten sogleich nach den Thoren c. 39, 4. Wiederholungen wie hier *discurrere* sind L. auch sonst entschlüpft, s. 26, 41, 1; 9, 44, 13: *signa capta et imperator — castra capta; Bovianum capitur;* 22, 28, 10: *demittit — deinde mittit — mitti — mittens;* 28, 7, 12; es wird das erste *discurrunt*, oder *discur. ad portas et* für unächt gehalten.

12—13. *mirabund. unde*, s. 1, 41, 1. — *quis imper.* wird durch die folg. Fragen nur näher bestimmt. — *ad haec*, da nach *mirabundi* das Hauptverbum in Folge der vielen abhängigen Sätze fehlt, so wird durch *ad haec* der Gedanke wieder aufgenommen und in anderer Weise als er begonnen war, nicht durch *quaerebant*, sondern mit *incerti — referunt* fortgesetzt, s. 1, 35, 6; ib. 40, 5.

14—15. *temerar.*, das hands. *temerabilis* findet sich sonst nicht, und es ist zu bezweifeln, dass es einer älteren Quelle entlehnt sei, wenn auch der Gebrauch der Adjectiva auf *bilis* in der früheren Zeit und der Umgangs- und Dichtersprache mehr verbreitetet war, als in der guten Prosa. — *ad pr. signa*, in den ersten Gliedern. — *ipse*,

15 castra avidos adhuc caedisque et sanguinis reduxit. Carthagi-
nienses trepide primo ab hostium vallo acti postquam neminem
insequi viderunt, metu substitisse rati contemptim rursus et se-
dato gradu in castra abeunt.
16 Par neglegentia in castris custodiendis fuit: nam etsi pro-
pinquus hostis erat, tamen reliquias eum esse duorum exerci-
17 tum ante paucos dies deletorum succurrebat. ob hoc cum
omnia neglecta apud hostis essent, exploratis iis Marcius ad
consilium prima specie temerarium magis quam audax animum
18 adiecit, ut ultro castra hostium oppugnaret, facilius esse ratus
unius Hasdrubalis expugnari castra quam, si se rursus tres ex-
19 ercitus ac tres duces iunxissent, sua defendi; simul aut, *si* suc-
cessisset coeptis, erecturum se adflictas res, aut, si pulsus esset,
38 tamen ultro inferendo arma contemptum sui dempturum. Ne ta-
men subita res et nocturnus terror etiam non suae fortunae con-
silium perturbaret, adloquendos adhortandosque sibi milites ratus
2 contione advocata ita disseruit: „vel mea erga imperatores no-
stros vivos mortuosque pietas, vel praesens omnium nostrum,
milites, fortuna fidem cuivis facere potest, mihi hoc imperium,

mit eigener Hand, 34, 14, 8. — *hostium* der Römer, wie oft, vom Standpunkte der Gegner aus. — *rursus* gehört nur zu *contemptim*, s. § 11.

16—19. *par*, wie sie bei dem Angriffe gewesen war. — *iis* nach *explor.* nimmt das eben Gesagte wieder auf, um darauf besonderes Gewicht zu legen, häufiger ist *explorato*. — *consil. ut*, s. c. 34, 7. — *anim. adi.*, 35, 38, 2: *consilio tali animum adiecit. ultro*, angriffsweise. — *expugnari*, der Begriff der Möglichkeit liegt schon in *facilius*. — *erectur.*, vgl. Cic. Verr. 3, 91, 212: *provinciam adflictam et perditam erexisti et recreasti;* über *adflictas*, zu Boden geschlagen, s. 21, 35, 12; Cic. Att. 3, 10, 2: *perditum adflictumque;* Iustin. 4, 5, 2: *dum res, quamvis adflictae, nondum tamen perditae forent.* — *contempt. sui*, da die Hdss. *siti* haben, so ist viell. *sui hosti dempturum* zu lesen. — *tamen* in der Bedeutung jedoch wenigstens, steht selten am Anfang des Satzes, s. 5, 10, 11.

38. 1. *subita res* und *nocturn. ter.* sind auf den Plan des Marcius zu beziehen und bedingungsweise zu nehmen: damit nicht, wenn die Sache unvorbereitet unternommen würde und bei dem nächtlichen Aufbruch Schrecken und Verwirrung entstände, dieses seinen Plan, der überdiess seinen Verhältnissen, s. c. 37, 2, und der Lage des Heeres nicht angemessen scheinen konnte, stören möchte. — *etiam* ist hinzugefügt, weil auch eine den Verhältnissen entsprechende Unternehmung, z. B. die Vertheidigung, wenn sie unvorbereitet und unter nächtlicher Verwirrung ausgeführt werden soll, leicht gestört wird. — *non* ist nicht zu *etiam* sondern zu *suae* zu nehmen; *non suae f.*, kann sich so wol auf die Stellung des Marcius als eines nicht rechtmässigen Feldherrn, s. § 11, als auf die Lage des Heeres überhaupt, s. § 2, beziehen.

2—4. Einleitung. *vel — vel*, man mag von dem einen oder dem andern Gesichtspunkte ausgehen, Beides. —

ut amplum iudicio vestro, ita re ipsa grave ac sollicitum esse.
quo enim tempore, nisi metus maerorem obstupefaceret, vix ita 3
compos mei essem, ut aliqua solacia invenire aegro animo pos-
sem, cogor vestram omnium vicem, quod difficillimum in luctu
est, unus consulere. et ne tum quidem, ubi, quonam modo has 4
reliquias duorum exercitum patriae conservare possem, cogitan-
dum est, avertere animum ab assiduo maerore libet. praesto est 5
enim acerba memoria, et Scipiones me ambo dies noctesque cu-
ris insomnisque agitant et excitant saepe somno, neu se, neu in- 6
victos per octo annos in his terris milites suos, commilitones
vestros, neu rem publicum patiar inultam, et suam disciplinam
suaque instituta sequi iubent et, ut imperiis vivorum nemo oboe- 7
dientior me uno fuerit, ita post mortem suam, quod in quaque
re facturos illos fuisse maxime censeam, id optimum ducere. vos 8
quoque velim, milites, non lamentis lacrimisque tamquam extin-
ctos prosequi — vivunt vigentque fama rerum gestarum —, sed
quotienscumque occurret memoria illorum, velut si adhortantis

sollicitum, voll Sorge und Unruhe. — *vestram vic.*, an euerer Statt, für euch Rath schaffen, Pläne fassen. Ueber *vestram o. v.* s. Z. 453. — *unus* ist hier durch die Trennung von *omnium* gehoben. — *et ne tum* etc. kehrt den vorhergeh. Gedanken um: in meiner Betrübniss muss ich für euch sorgen; während ich für euch sorge, bin ich voll Trauer. — *cons. possem*, wie ich im Stande sein würde, drückt durch die conditionale Form den Gedanken bescheidener aus, vgl. praef. 5: *avertam omnis expers curae, quae — posset*; 42, 7, 6: *ut quanto maximo possent tumultu incurrant*; Cic. Att. 10, 8, 10: *velim, tam facile uti possem.* ib. 13, 19, 4: *puero me hic sermo inducitur, ut nullae esse possent partes meae*; Verg. Aen. 1, 297: *demittit ab alto, ut — teneant, ne — arceret.* — *libet*, weil er die Trauer lieb gewonnen hat, Tac. Ann. 3, 6: *ex maerore solacia*, Ovid. Trist. 4, 3, 37: *est quaedam flere voluptas*; Andere lesen *licet*.

5—7. Uebergang: die Trauer fordert mich zur Thätigkeit, Rache auf. — *memoria*, das Object ist mit Nachdruck in dem folg. Satze umschrieben. — *curis* geht auf *dies*; *insomniis*, Traumgesichte, auf *noctes*. — *et excit.* etc., die Erscheinungen lassen ihn nicht ruhen. — *neu se* etc., die Gründe, warum er sich ermannen, nicht thatloser Betrübniss hingeben soll. — *octo a.*, c. 36, 14. — *suam disc.* etc. in ihrem Geiste, nach ihren Grundsätzen handeln. — *uno* nur steigernd: ich gerade, um anzudeuten, dass er würdig sei das Commando fortzuführen. — *illos*, der Redner vergisst, dass er die Ansicht der Scipionen selbst anführt, sonst hätte er *se* gesagt. — *ducere* hängt noch von *iubent* ab.

8—10. Dasselbe muss bei den übrigen Soldaten geschehen. — *viv. vig.*, sie leben, sind nicht untergegangen (sonst das physische Leben) und sind wirksam durch u. s. w., s. 6, 22, 7; 39, 40, 7: *vivit immo vigetque eloquentia eius*; Cic. N. D. 3, 14, 35: *id vivere, id vigere.* — *fama*, in und durch den Ruhm, s. Cic. Mil. 35, 97. — *quotiesc.* etc. drückt denselben Gedanken aus wie § 6:

9 signumque dantis videatis eos, ita proelia inire. nec alia profecto
species hesterno die oblata oculis animisque vestris memorabile
illud edidit proelium, quo documentum dedistis hostibus non
10 cum Scipionibus extinctum esse nomen Romanum, et, cuius po-
puli vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade, ex omni pro-
11 fecto saevitia fortunae emersuram esse. nunc quia tantum ausi
estis sponte vestra, experiri libet, quantum audeatis duce vestro
auctore. non enim hesterno die, cum signum receptui dedi se-
quentibus effuse vobis turbatum hostem, frangere audaciam ve-
stram, sed differre in maiorem gloriam atque opportunitatem
12 volui, ut postmodo praeparati incautos, armati inermes atque
etiam sopitos per occasionem adgredi possetis. nec huius occa-
sionis spem, milites, forte temere, sed ex re ipsa conceptam ha-
13 beo. a vobis quoque profecto si quis quaerat, quonam modo
pauci a multis, victi a victoribus castra tutati sitis, nihil aliud re-
spondeatis, quam id ipsum timentis vos omnia et operibus fir-
14 mata habuisse *et* ipsos paratos instructosque fuisse. et ita se res
habet: ad id, quod ne timeatur fortuna facit, minime tuti sunt
homines, quia quod neglexeris incautum atque apertum habeas.

neu etc. — *ita proel. in.*, nicht: kämpfen, so oft sie der Scipionen gedenken; sondern: wenn, sobald es zur Schlacht kommt, so kämpfen, als ob sie dem oft wiederholten Befehle derselben Folge leisteten; so dass nicht Marcius, sondern ihre früheren Feldherrn sie zu führen scheinen, wie dieses in dem ersten Treffen geschehen ist. — *species* — *edidit*, sie hat euch befähigt, ermuthigt u. s. w. — *non*, keineswegs. — *emersuram* auf *vis virt.* bezogen, bei deren Bestehen auch das Volk nicht untergehen kann, s. Einleit. S. 17.

11—12. *sponte v.*, die natürliche Ursache neben der übernatürlichen § 9: wie ihr gestern euerem Instincte, Drange gefolgt seid, so folgt jetzt mir, da ich euch von der Verfolgung eures Sieges nur zurückgehalten habe, damit ihr die Feinde unerwartet überfallen könntet. — *sequent. eff.* etc., über die Wortstellung s. c. 7, 7. — *postmodo*, 2, 24, 5.

13—14. Der Grund des Planes: was die Menschen nicht erwarten, dagegen schützen sie sich nicht. — *spes*, die Hoffnung die Gelegenheit mit Erfolg zu benutzen. — *forte tem.*, aufs Gerathewol hin, ohne Grund, 39, 15, 11. — *habeo*, s. § 14. — *profecto* obgleich zu *nihil aliud* etc. gehörig, ist, wie sonst *hercules*, *mehercule*, *medius fidius*, s. zu 28, 44, 12, in den Nebensatz aufgenommen und hat sich hier an den Hauptbegriff *vobis quoque* angeschlossen: es ist gewiss, dass auch ihr, wenn euch u. s. w. — *ipsos*, im Gegensatze zu *omnia:* das Lager, s. c. 37 7. — *et ita* etc., und in der That ist das die gewöhnliche Handlungsweise der Menschen. — *ad id*, gegen das hin, gegen, vgl. 24, 32, 3; 36, 32, 6: *testudinem tutam ad omnes ictus video esse.* — *ne* — *facit*, das Glück, den Menschen verblendend, bewirkt u. s. w. — *quia* etc.: weil man das, was man nicht fürchtet, nachlässig behandelt, darauf nicht Acht hat, und sich so dem Angriffe blosstellt. — *incautum* passiv, Tac. Ann. 1, 50: *iter* — *hostibus incau-*

nihil omnium nunc minus metuunt hostes quam ne obsessi mo- 15
do ipsi atque oppugnati castra sua ultro oppugnemus. audea-
mus, quod credi non potest ausuros nos. eo ipso, quod difficil-
limum videtur, facilius erit. tertia vigilia noctis silenti agmine 16
ducam vos. exploratum habeo non vigiliarum ordinem, non sta-
tiones iustas esse. clamor in portis auditus et primus impetus 17
castra ceperit. tum inter torpidos somno paventisque ad neco-
pinatum tumultum et inermis in cubilibus suis oppressos illa
caedes edatur, a qua vos hesterno die revocatos aegre ferebatis.
scio audax videri consilium, sed in rebus asperis et tenui spe 18
fortissima quaeque consilia tutissima sunt, quia, si in occasionis
momento, cuius praetervolat opportunitas cunctatus paulum fue-
ris, nequiquam mox omissam quaeras. unus exercitus in propin- 19
quo est, duo haud procul absunt. nunc adgredientibus spes ali-
qua est; et iam temptastis vestras atque illorum vires. si diem 20
proferimus et hesternae eruptionis fama contemni desierimus,
periculum est, ne omnes duces, omnes copiae conveniant. tres

tum. — *apertum*, nicht gedeckt.

enim stratae pedestris copiae erant — nec ab tergo equitem su-
stineret, et ipsi, cum diu in orbem sese stantibus equis defen-
dissent, ad unum omnes caesi sunt, nec quisquam peditum equi-
tumve superfuit, qui in valle pugnaverunt. tertia pars, quae in 16
colle ad spectaculum magis tutum quam ad partem pugnae ca-
pessendam steterat, et locum et tempus ad fugiendum habuit;
inter eos et reguli ipsi fugerunt, priusquam tota circumveniretur 17
acies inter tumultum elapsi. castra eodem die Hispanorum **34**
praeter ceteram praedam cum tribus ferme millibus hominum
capiuntur. Romani sociique ad mille ducenti eo proelio ceci- 2
derunt, vulnerata amplius MMM hominum. minus cruenta victo-
ria fuisset, si patentiore campo et ad fugam capessendam facili
foret pugnatum.

Indibilis abiectis belli consiliis, nihil tutius, adflictis rebus 3
experta fide et clementia Scipionis ratus, Mandonium fratrem ad
eum mittit; qui advolutus genibus fatalem rabiem temporis eius 4

nor., von *pedes* — *eques* abhängig. Die Periode fängt so an, als ob nur folgen sollte: *et pedites et equites caesi sunt*, allein da zugleich die Folge von *cum* — *auxilio esset* näher angegeben wird in *pedes* etc., und diese wieder in ihrem weiteren Verlaufe in Bezug auf die *pedites* durch die Parenthese *iam* — *erant* ausgeführt ist, wird durch *et ipsi* ein neues Subject, s. c. 31, 2, aufgenommen, die Reiterei den Fusstruppen entgegengestellt, und das Vorhergeh. zusammenfassend und wiederholend noch *nec* — *pugnaverunt* angefügt, um den Uebergang zu *tertia pars* zu vermitteln. — *a fronte*, da die spanischen Reiter mit den römischen im Gefecht sind, können sie nicht wol nach dem Fussvolke Front machen. L. scheint mehr die anfängliche Stellung derselben in gleicher Richtung mit dem Fussvolke gedacht zu haben. Polyb. spricht nicht von zwei verschiedenen Treffen, sondern sagt c. 33: *οἱ δ᾽ ἱππεῖς* — *διεφθείροντο τῶν μὲν ἰδίων πεζῶν ἐκ πλαγίου προσκειμένων αὐτοῖς, τῶν δὲ πολεμίων τῶν πεζῶν κατὰ πρόσωπον τῶν δ᾽ ἱππέων κατὰ νώτου περιεστώτων.* — *in orb.*, s. c. 22, 15. — *pedestr.*, c. 22, 10: *hostis.* — *stantib. eq.*, 22, 47, 3.

16—17. *spectacul.*, um mit anzusehen. — *tutum*, von einem sicheren Punkte aus; Polyb. c. 32: *πρὸς μὲν τοὺς ἐν τῇ παρωρείᾳ τεταγμένους τῶν πολεμίων ἀντέταττε* (Scipio); sonst würden die Feinde nicht so ruhig zugesehen haben.

34. 1—2. *Hispanorum* wird durch die ungewöhnliche Stellung, im Folg. *cum tribus* — *capiuntur* durch die Voranstellung von *praeter cet. praedam* gehoben. — *ad m. ducenti*, s. 27, 12, 16. — *vulnerata* etc., s. c. 2, 4. Die römischen Truppen haben wol, indem je 4 Cohorten durch die Zwischenräume der zurückgehenden vorrücken, nach und nach alle am Kampfe Theil genommen.

3—6. *Mandonius fr.*, s. 26, 49, 11: *Mandonii uxor, qui frater Indibilis erat*, vgl. 22, 21, 3. Warum von Indibilis der gleich schuldige Mandonius als Unterhändler ge-

accusat, cum velut contagione quadam pestifera non Ilergetes
5 modo et Lacetani sed castra quoque Romana insanierint. suam quidem et fratris et reliquorum popularium eam condicionem esse, ut aut, si ita videatur, reddant spiritum P. Scipioni ab eodem illo acceptum, aut servati bis uni debitam vitam pro eo in
6 perpetuum devoveant. antea in causa sua fiduciam sibi fuisse nondum experta clementia eius; nunc contra nullam in causa,
7 omnem in misericordia victoris spem positam habere. mos vetustus erat Romanis, cum quo nec foedere nec aequis legibus iungeretur amicitia, non prius imperio in eum tamquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dedidisset, obsides ac-

schickt wird, lässt sich aus L'.s Darstellung nicht erkennen. — *castra — insan.*, s. c. 1, 8. — *reddant*, ihm zurückgeben, den Tod willig erleiden wollten. — *servati bis* ist conditional: *si bis servati fuerimus*, vgl. 29, 14, 9, da sie erst einmal, s. 27, 17, erhalten sind, und dass es wieder geschehen werde, erst noch erwartet wird. — *causa*, ihrer (guten) Sache. — *misericord.*, Erbarmen mit ihrem Unglück; vorher *clementia*, Nachsicht des Machthabers gegen Fehlende.

7. *mos vet.*, s. 1, 38, 1 f.; die Sitte wird nur erwähnt, weil Scipio von derselben abweicht. — *cum quo* etc., wenn Rom entweder nach einem Kriege oder ohne diese Veranlassung mit einem fremden Volke in ein näheres Verhältniss treten wollte, so konnte dieses auf dreifache Weise geschehen; vgl, 34, 57, 7: *esse tria genera foederum, quibus inter se paciscerentur amicitias civitates regesque. unum cum bello victis dicerentur leges. — alterum cum pares bello aequo foedere in pacem atque amicitiam venirent. — tertium cum, qui numquam hostes fuerint, ad amicitiam sociali foedere inter se iungendam coeant, eos neque dicere neque accipere leges.* An u. St. ist *foedus* im Gegensatze zu *aequis leg.* weniger genau gebraucht; es kann entweder die beiden ersten der eben erwähnten Classen von *foedera*, das *aequum*, c. 45, 20, und *non aequum*, jedes Bündniss, durch welches ein friedliches und freundliches Verhältniss begründet wird, umfassen, *aequis legibus* einen nur gegenseitiges Wohlwollen nicht gegenseitige Leistungen bedingenden Vertrag bezeichnen, s. Cic. Balb. 9, 23: *quae est ista societas* (das Allgemeine), *quae amicitia, quod foedus*; Digest. 49, 15, 5, 2: *si cum gente aliqua neque amicitiam neque hospitium neque foedus amicitiae causa factum habemus*; oder, da *foedera aequa* zu L's Zeit in der Praxis selten vorkamen, und sich von der Verbindung *aequis legibus* wenig unterschieden, von dem *foedus non aequum* gebraucht sein, Lange 2, 236, *aequis legib.* von der in den angef. Stellen genannten *amicitia*, vgl. 8, 4, 3; 9, 4, 4. — *iungeretur*, wenn man überhaupt (nach einem Kriege oder ohne diese Veranlassung) ein Bündniss eingehe. — *non prius* etc., man mache nicht eher die Obergewalt gegen ihn als einen nicht mehr in feindlichem Verhältnisse stehenden geltend, stelle die Feindseligkeiten nicht eher ein, als bis die deditio, 1, 38, erfolgt sei, vgl. 36, 28, 5: *dum ego more Romano imperium inhibeam in deditos. — ante armis victos*, vgl. 26, 33, 12. Uebrigens können die Worte wegen *Scipio — invectus* etc.

cepti, arma adempta, praesidia urbibus imposita forent. Scipio 8
multis invectus in praesentem Mandonium absentemque Indibilem verbis, illos quidem merito perisse ipsorum maleficio ait,
victuros suo atque populi Romani beneficio. ceterum *se neque* 9
obsides iis imperare, quippe ea pignera timentium rebellionem esse, et libera arma relinquere solutos*que* animos; neque se in
obsides innoxios sed in ipsos, si defecerint, saeviturum, nec *ab* 10
inermi sed ab armato hoste poenas *expetiturum: utrumque* expertis permittere sese, utrum propitios an iratos habere Romanos mallent. ita dimissus Mandonius pecunia tantummodo im- 11
perata, ex qua stipendium militi praestari posset; ipse Marcio in 12
ulteriorem Hispaniam praemisso paucos moratus dies, dum im-

schwerlich als Theil der Rede Scipios genommen werden.

8—10. *perisse*, in Folge ihres Vergehens seien sie so gut als vernichtet, wie oft *perii* u. ä. den sicheren Untergang bezeichnet, vgl. 30, 16, 6: *temeritate — eversae*, ähnlich dem Gebrauche von *potui* u. ä. in Conditionalsätzen, vgl. 3, 50, 6: *fuisse*; ib. 72, 7. — *ipsor.*, viell. ist mit Duker *suo ipsorum* zu lesen, im Folg. *suo populique R.* — *ceterum* etc., die Stelle ist lückenhaft und sonst verdorben; da *neque — obsides* folgt, muss ein auf diese sich beziehender Satz fehlen, besonders da auf *obsides* am besten *pignera* passt, s. 9, 15, 7: *pignera pacis*; 24, 1, 7: *velut obsidibus datis pigneratos haberent animos*, 33, 22, 9, und Eutrop. 3, 10: *regem Hispanorum — victum in amicitiam accepit, et primus omnium a victo obsides non poposcit*, gerade diesen Punkt hervorhebt, ebenso Dio Cass. frag. 57, 45: *ὁ τῶν Ἰβήρων βασιλεὺς — ὁμήρους παρέχειν ἕτοιμος ὤν. ὁ δὲ Σκιπίων τὴν συμμαχίαν τοῦ ἀνδρὸς ἀποδεξάμενος ὁμήρων οὐκ ἔφη δεῖσθαι. τὸ γὰρ πιστὸν ἐν τοῖς οἰκείοις ἔχειν ὅπλοις*; Dion. Hal. 14, 9: *οὔτε φρουρὰν εἰς τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν ᾤοντο δεῖν εἰσάγειν, οὔτε παρὰ τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν ὅμηρα λαμβάνειν, οὔτε ὅπλα — ἀφελέσθαι.* Wie sich L. ausgedrückt habe, lässt sich schwer entscheiden; es wird *ceterum* (*quippe capere pignera — esse, fidentium arma relinquere et sol. an.*) *neque* vermuthet; oder *ceterum* (*quippe — esse*) *se liberos iis, arma relinquere, solutos animos*; viell. *se et liberos iis et arma rel. solutosque an.*; oder in dem hds. *tiberim* liegt das in dem vorliegenden Falle gewöhnliche *adimere*, s. 34, 17, 5. — *solut. anim.*, wenn es richtig ist, vgl. 6, 11, 5, entspricht dem folg. *utrumque* etc., in den beiden anderen Sätzen sind die Gedanken zerlegt: *obides non imperare, ut — in eos saeviret*; *arma reliquere ut ab armato hoste* etc. Nach *hoste* kann auch *non inermis sed armatos hostes poenas daturos* gestanden haben.

11—12. *stipend.*, da die Hss. *praesidium* haben, ist viell. *praesens stipendium* zu lesen; der c. 32, 1 ausgezahlte Sold war rückständig gewesen, s. c. 24, 8. Die ursprüngliche Bestimmung der Kriegscontribution war die Verwendung derselben auf den Sold des Heeres, vgl. 9, 43, 6 u. a. — *Marcium*, die Wiederholung des Namens ist durch die Zwischensätze

peratam pecuniam Ilergetes pernumerarent, cum expeditis Mar-
cium iam adpropinquantem Oceano adsequitur.
35 Incohata res iam ante de Masinissa aliis atque aliis de causis
dilata erat, quod Numida cum ipso utique congredi Scipione vo-
lebat atque eius dextra fidem sancire: ea tum itineris tam longi
2 ac tam devii causa Scipioni fuit. Masinissa cum Gadibus esset,
certior adventare eum a Marcio factus, causando, corrumpi equos
inclusos in insula penuriamque omnium rerum et facere ceteris
3 et ipsos sentire, ad hoc equitem marcescere desidia, *Poenum* per-
pulit, ut se traicere in continentem ad depopulandos proximos
4 Hispaniae agros pateretur. transgressus tris principes Numida-
rum praemittit ad tempus locumque conloquio statuendum. duos
pro obsidibus retineri ab Scipione iubet, remisso tertio, qui, quo
iussus erat, adduceret Masinissam, cum paucis in conloquium
5 venerunt. ceperat iam ante Numidam ex fama rerum gestarum
admiratio viri, substitueratque animo speciem quoque corporis
6 amplam ac magnificam; ceterum maior praesentis veneratio ce-
pit; et, praeterquam quod suapte natura multa maiestas inerat,
adornabat promissa caesaries habitusque corporis, non cultus
munditiis, sed virilis vere ac militaris, et aetas in medio virium

veranlasst. — *iam adpr.*, er holt ihn erst ein, als er bereits, s. c. 26, 7.

35. Verbindung mit Masinissa; Appian Ib. 37; Lib. 10; Zon. 9, 11; Sil. It. 16, 136.

1. *incohata* = *inchoata*, vgl. 29, 23, 3: *mentio inchoata*. — *res de*, s. 6, 38, 1: *suspensa de legibus res*; 2, 22, 5: *de foedere — rem*; 4, 43, 5: 26, 15, 9; 10, 8, 1: *integra causa — de sacerdotiis*. Zur Sache s. c. 16, 11. — *dextra* n. *accepta*, s. 25, 16, 13. — *devii*, von dem Punkte aus, wo er jetzt war. Das hds. *tantum devii*, vgl. 22, 27, 4; Hor. Sat. 2, 3, 313: *tantum similis*, ist hier neben *tam longi* schwerlich zu billigen. Es ist der dritte Zug in diese Gegenden in diesem Jahre.

2—4. *Masinissa*, vgl. c. 16, 11. — *penuriam*, die nur durch einen schmalen Sund vom Continent getrennte und mit diesem durch eine Brücke verbundene Insel, auf der Gades liegt, ist klein. — *Poenum* oder ein ähnlicher Name ist ausgefallen. Nach Appian. Lib. 10 ist Hasdrubal damals noch in Spanien. — *tris* etc., s. 24, 48, 2; 9.

5—7. *viri*, s. 2, 40, 9; im Folg. ist die Auslassung von *is* in mehreren Casus zu beachten. — *substituerat*, er hatte sich ein Bild (Phantasiebild) statt der wirklichen Gestalt gemacht, vgl. Quint. 3, 8, 54: *utimur ficta personarum, quas ipsi substituimus, oratione*; Ov. Rem. Am. 573: *funera fratrum debueras oculis substituisse tuis.* — *praes. veneratio*, in Bezug auf *speciem*, die wirkliche Verehrung, die Wirkung, deren Ursache durch *et praeterq.* etc. erläuternd angeknüpft wird. — *multa mai.*, vgl. 1, 7, 9. — *promissa caes.*, gegen die Sitte der Römer, die damals das Haar kurz abzuschneiden pflegten. — *munditiis*, Putz, wie er sich für Frauen eignet, im Gegensatze zu *virilis vere*. — *aetas — rob.*, vgl. c. 21, 9; 27, 46, 3; das Alter, in welchem er in seiner vollen Kraft stand. *quod* hat

robore, quod plenius nitidiusque ex morbo velut renovatus flos 7
iuventae faciebat. prope attonitus ipso congressu Numida gra- 8
tias de fratris filio remisso agit; ex eo tempore adfirmat eam se
quaesisse occasionem, quam tandem oblatam deum immortalium
beneficio non omiserit; cupere se illi populoque Romano ope- 9
ram navare ita, ut nemo unus externus magis enixe adiuverit
rem Romanam; id se, etiamsi iam pridem vellet, minus praestare 10
in Hispania, aliena atque ignota terra, potuisse: in qua autem
genitus educatusque in spem paterni regni esset, facile praesta-
turum; si quidem eundem Scipionem ducem in Africam Romani 11
mittant, satis sperare perbrevis aevi Carthaginem esse. laetus eum 12
Scipio vidit audivitque, cum caput rerum in omni hostium equi-
tatu Masinissam fuisse sciret, et ipse iuvenis specimen animi prae
se ferret. fide data acceptaque profectus retro Tarraconem est;
Masinissa permissu Romanorum, ne sine causa traiecisse in con-
tinentem videretur, populatus proximos agros Gadis rediit.
Magoni desperatis in Hispania rebus, in quarum spem se- 36

sich an *robur* angeschlossen, obgleich *plenius* sich mehr auf das Volle, Wohlgenährte der Gestalt, *nitid.*, s. 10, 4, 10, auf das Weisse, Glänzende der Hautfarbe bezieht. — *iuvent.* s. 26, 2, 6; Curt. 3, 12, 8: *illum florem iuventae*; Verg. Aen. 1, 589: *decoram caesariem — lumenque iuventae.*

8—10. *attonitus*, wie von einer Göttererscheinung, geht auf § 6 *veneratio* zurück. — *frat. fil.* 27, 19, 9 heisst es: *apud maternum avum Galam — eductum cum avunculo Masinissa*, wonach an u. St. *sororis filius* zu erwarten war; wahrscheinlich folgt L. hier einer anderen Quelle als früher. — *eam — quam*, eine solche, wie er sie jetzt, wo sie sich darbiete u. s. w. — *cupere*, sowol Appian als Zon. geben als einen wichtigen Grund des Abfalls Masinissas von den Puniern die Verheirathung der ihm verlobten Sophoniba mit Syphax an, s. zu 25, 34, 1; 29, 23, 3; Dio Cass. fr. 57, 51; Zon.: ὁ Ἀσδρούβας — τήν τε ἀρχὴν — αὐτῷ (τῷ Σύφακι) συγκατέπραξεν, ἣ τῷ Μασινίσσᾳ προσῆκε, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τότε θανόντος, καὶ τὴν Σοφωνίδα συνῴκισεν etc. — *nemo unus*, kein Einzelner; alle auswärtigen (Könige und Staaten) zusammen können mehr thun, jeden Einzelnen für sich will er übertreffen, vgl. c. 37, 6; 3, 12, 4; 9, 16, 19. Bei *externus* steht *nemo* wie sonst bei Adjectiven, s. 4, 4, 8: *nemo plebeius*, oft *nemo Romanus* u. ä., nicht *nullus*. — *adiuverit*, dass man erkenne, der Erfolg zeige, dass u. s. w., vgl. c. 41, 10; c. 43, 18; 27, 27, 12. — *vellet*, schon immer gewollt habe.

12. *caput*, die Seele von Allem, vgl. Dio Cass. fr. 57, 50. — *ipse* seine Person, dem Rufe gegenüber. — *specimen — ferret*, seinen Geist durch deutliche Beweise an den Tag legte, s. c. 21, 3; 29, 31, 3; 38, 17, 20: *antiquum specimen morum*; Curt. 4, 4, 26: *magnae indolis specimen.* — *fide* etc., so hat Scipio die beiden mächtigsten Könige in Africa an sich gefesselt, und seinen Uebergang dahin vorbereitet.

36—37. Letzte Unternehmungen Magos in Spanien; App. Ib. 37; Zon. 9, 10.

1—3. *in spem*, s. 26, 6, 16; 21,

ditio primum militaris, deinde defectio Indibilis animos eius
sustulerant, paranti traicere in Africam nuntiatum ab Carthagine
est iubere senatum, ut classem, quam Gadibus haberet, in Ita-
2 liam traiceret, conducta ibi Gallorum ac Ligurum quanta maxima
posset iuventute coniungeret *se* Hannibali, neu senescere bellum
3 maximo impetu, maiore fortuna coeptum sineret. ad eam rem
et a Carthagine pecunia Magoni advecta est, et ipse quantam po-
tuit a Gaditanis exigit, non aerario modo eorum sed etiam templis
spoliatis et privatim omnibus coactis aurum argentumque in pu-
4 blicum conferre. cum praeterveheretur Hispaniae oram, haud
procul Carthagine nova expositis in terram militibus proximos
5 depopulatur agros, inde ad urbem classem adpulit. ibi cum inter-
diu milites in navibus tenuisset, nocte in litus expositos ad par-
tem eam muri, qua capta Carthago ab Romanis fuerat, ducit, nec
praesidio satis valido urbem teneri ratus, et aliquos oppidanorum
6 ad spem novandi res aliquid moturos. ceterum nuntii ex agris
trepidi simul populationem agrestiumque fugam et hostium ad-
7 ventum adtulerant, et visa interdiu classis erat, nec sine causa
electam ante urbem stationem apparebat. itaque instructi arma-
tique intra portam ad stagnum ac mare versam continebantur.
8 ubi effusi hostes, mixta inter milites navalis turba, ad muros
tumultu maiore quam vi subierunt, patefacta repente porta Ro-
9 mani cum clamore erumpunt, turbatosque hostes et ad primum

43, 7; anders c. 35, 10. — *animos*, 24, 40, 10. — *ut traiceret*. s. 37, 51, 5; 1, 17, 11; häufiger folgt der blosse Conjunctiv, besonders wenn in einem andern Satze der Infinitiv vorhergegangen ist, s. 30, 19, 2; 24, 10, 3; 32, 16, 9 u. a. Der Senat in Carthago verfolgt noch immer den früheren Kriegsplan, s. 27, 20, 6; ib. 38, 6. — *se* fehlt in der Hs., viell. ist *coniungere* absolut zu nehmen, s. zu 25,35, 1; Caes. B. C. 3,34, 1; Naegelsbach S. 318, schwerlich *eam* zu ergänzen. *senesc.*, erschlaffen (einschlafen) lassen. — *impetu*, also mit Zustimmung des Senates. — *maiore*, vgl. Cic. Att. 16, 16 C. 12: *effice, ut Plancus, quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua*; Plin. Paneg. 89. — *templis*, es war dort ein sehr berühmter und reicher Tempel des tyrischen Hercules.

5—8. *partem — qua*, vgl. 26, 45, 9. — *aliquid mot.*, 27, 17, 4; er hofft, sie würden der römischen Herrschaft bereits überdrüssig sich erheben. Eine Flotte, die ihn hätte abhalten oder seine Unternehmung gegen Italien hindern können, war nicht da, weil Scipio den grösseren Theil seiner Schiffe nach Italien geschickt hat, s. c. 38, 1; 27, 22; die übrigen viell. nicht im kriegsfähigen Stande sind, 27, 17, 6. — *simul — que — et* verbinden drei zusammengehörige Momente, *et* und *nec* fügen neue hinzu. — *stag. a. m.*, der Sumpf hieng mit dem Meere zusammen, s. 26, 45, 8.

8—13. *mixta — turba*. Epexegese zu *hostes*; indess würde, da die Matrosen den untergeordneten

incursum coniectumque telorum aversos usque ad litus cum
multa caede persequuntur; nec, nisi naves litori adpulsae trepi- 10
dos accepissent, superfuisset fugae aut pugnae quisquam. in ipsis 11
quoque trepidatum navibus est, dum, ne hostes cum suis simul
inrumperent, trahunt scalas orasque et ancoras, ne in moliendo
mora esset, praecidunt; multique adnantes navibus, incerto prae 12
tenebris, quid aut peterent aut vitarent, foede interierunt. postero 13
die cum classis inde retro ad Oceanum, unde venerat, fugisset,
ad octingenti homines caesi inter murum litusque et ad duo mil-
lia armorum inventa.

Mago cum Gadis repetisset, exclusus inde, ad Cimbios — 37
haud procul a Gadibus is locus abest — classe adpulsa, mitten-
dis legatis querendoque, quod portae sibi socio atque amico
clausae forent, purgantibus iis multitudinis concursu factum in- 2
festae ob direpta quaedam ab conscendentibus naves militibus,
ad conloquium sufetes eorum, qui summus Poenis est magistra-
tus, cum quaestore elicuit, laceratosque verberibus cruci adfigi
iussit; inde navibus ad Pityusam insulam centum millia ferme a 3
continenti — Poeni tum eam incolebant — traiecit. itaque classis 4

Theil bilden, wol besser *navali* gelesen. — *tr. scalas*, s. Bell. Alex. 20, 4: *qui in navibus longis remanserant scalas rapere navesque a terra repellere properabant*, auch κλίμακες oder ἀποβάθρα genannt, sie werden vom Verdeck heruntergelassen oder an das Land gelehnt, damit man leichter in das Schiff gelangen kann. — *orasq. e. anc.* ist entweder hendiadyoin = Ankertaue, oder *oras* nach 22, 19, 10 zu erklären und *ancoras* statt der Ankertaue von *praecidunt* abhängig gemacht; denn die Anker selbst waren von Eisen und wenig der Form nach von den jetzigen verschieden. — *moliendo*, vgl. c. 17 15; anders c. 7, 7: beim Aufwinden auf das Hintertheil des Schiffes, s. Acta Apost. 27, 29: ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας; L. 37, 30, 9: dagegen Verg. Aen. 3, 277; 6, 901: *ancora de prora iacitur*. — *incerto*, s. c. 17, 14. — *retro* — *unde*, 24, 20, 3. — *ad octingenti* haben die Hss., nicht in Zahlen; hier wol richtig, vgl. 27, 42, 7. — *armorum*, Waffenstücke.

37. 1—2. *Gades rep.*, der Grund der Rückkehr ist aus dem Erzählten nicht deutlich. — *Cimbios* ist die hds. Lesart; der Ort wird sonst nicht erwähnt. — *mittendis leg. quer.*, s. c. 16, 10; 25, 40, 6; durch die vielen abll. abss., s. c. 31, 1, ist die Construct. etwas hart: *cum classe adpulsa legatos mitteret* — *illi autem purgarent*. — *socio a. a.*, die Stadt ist also nur verbündet mit Carthago, dieses scheint aber die Gaditaner eben so hart behandelt zu haben, wie die Bundesgenossen in Africa und Rom die seinigen, s. 21, 21. — *iis purg.*, 24, 47, 6. *iis* ist aus *Gadibus* zu erklären; über das folg. *eorum* s. 1, 28, 10. — *sufetes* (phönicisch *schophetim*) die höchsten Magistrate in den phönicischen Städten, s. 30, 7, 5. — *quaestor*, nach römischer Weise: Schatzmeister, s. 33, 46, 3.

3—4. *Pityusam*, wol die grössere, 22, 20, 7. — *cent. mil.*, nach Andern 700 Stadien. — *Poeni*, s. Sil. It. 3, 362: *Ebusus Phoenissa*; die Phoenicier hatten seit langer

bona cum pace accepta est, nec commeatus modo benigne prae-
biti, sed in supplementum classi iuventus armaque data. quorum
fiducia Poenus in Baliares insulas — quinquaginta inde millia
5 absunt — tramisit. duae sunt Baliares insulae; maior altera
atque opulentior armis virisque et portum habet, ubi commode
hibernaturum se — et iam extremum autumni erat — credebat.
6 ceterum haud secus, quam si Romani eam insulam incolerent,
hostiliter classi occursum est. fundis ut nunc plurimum, ita tum
solo eo telo utebantur, nec quisquam alterius gentis unus tantum
7 ea arte quantum inter alios omnes Baliares excellunt. itaque
tanta vis lapidum creberrimae grandinis modo in propinquantem
iam terrae classem effusa est, ut intrare portum non ausi aver-
8 terent in altum naves. in minorem inde Baliarium insulam tra-
9 iecerunt, fertilem agro, viris armis haud aeque validam. itaque
egressi navibus super portum loco munito *locant* castra; ac sine
certamine urbe agroque potiti duobus milibus auxiliarium inde
conscriptis missisque Carthaginem ad hibernandum naves sub-

Zeit eine Niederlassung daselbst; dass aber nicht allein Punier dort wohnten, bezeugt Diod. 5, 16: *κατοικοῦσι δ' αὐτὴν βάρβαροι παντοδαποί, πλεῖστοι δὲ Φοίνικες.* — *quorum*, Mannschaft, Waffen, auch wol die günstige Stimmung der Bewohner, die sie auch auf den Balearen zu finden hoffen.

5—9. *maior*, j. Majorca. — *et*, auch, viell. ist *est* davor ausgefallen. — *portum*, Strabo 3, 2, p. 167: *ἄμφω γὰρ εὐδαίμονες καὶ εὐλίμενοι.* — *haud sec.*, wahrscheinlich waren auch hier die Bewohner zum Theil Phönicier, da diese die Häfen der Insel seit alter Zeit als Handelsstationen benutzt haben; aber die Insel hat sich früher schon, s. 22, 20, 9, den Römern unterworfen. — *fundis* ist nachdrücklich vorangestellt, als ob es zu beiden Gliedern gehören sollte, im zweiten aber statt *solis* das allgemeinere *eo telo* gesetzt, s. c. 33, 15; 9, 4, 9; 22, 6, 2. — *quisquam u.*, hier zur Einleitung einer Steigerung, s. 2, 9, 8, vgl. c. 35, 9. — *alterius*, 26, 8, 2. — *inter alios* n. *homines*. *omnes* gehört zu *Baliares*: kein Einzelner (selbst nicht der Geschickteste) in irgend einem andern Volke zeichnet sich so vor den übrigen (weniger Geübten in diesem Volke) aus, wie vor den übrigen Menschen die Bal. alle; indess kann L. *omnes*, obgleich der Gegensatz zu *unus* die Beziehung auf *Baleares* wahrscheinlich macht, zugleich auch auf *alios* bezogen wissen wollen, vgl. c. 23, 6; 29, 24, 4 u. a., da *inter alios* den Gegensatz nicht bestimmt genug bezeichnet. Gron. wollte *alias* n. *gentes* lesen. Zur Sache vgl. Diod. 5, 17: *Βαλλιαρεῖς ἀπὸ τοῦ βάλλειν ταῖς σφενδόναις — κάλλιστα τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων*; Periocha 60; Strabo l. l. p. 168. — *itaque* etc, im Vorhergeh. ist nur das Mittel zur Abwehr angegeben, der Grund der Erbitterung, die Abneigung gegen die Punier, schon durch *haud secus* etc. angedeutet. Nicht diese, aber die Mannschaft scheint auf der kleineren geringer gewesen zu sein, daher *potiti*. — *super*, 27, 48, 2. — *missis Carth.*, s. 21, 21, 12. — *subduxer.*, an das Ufer, wo, wenn man überwintern wollte, ein befestigtes Schiffslager angelegt wurde, s. 23,

duxerunt. post Magonis ab Oceani ora discessum Gaditani Romanis deduntur. 10

Haec in Hispania P. Scipionis ductu auspicioque gesta. ipse 38 L. Lentulo et L. Manlio Acidino pro*consulibus* provincia tradita decem navibus Romam rediit, et senatu extra urbem dato in aede 2 Bellonae, quas res in Hispania gessisset, disseruit, quotiens signis conlatis dimicasset, quot oppida ex hostibus vi cepisset, quas gentes in dicionem populi Romani redegisset: adversus quattuor 3 se imperatores, quattuor victores exercitus in Hispaniam isse, neminem Carthaginiensem in iis terris reliquisse. ob has res 4 gestas magis temptata est triumphi spes quam petita pertinaciter,

28, 3; 29, 35, 13; 36, 45, 8: *cum iam hiems adpeteret, fossa valloque circumdatis naves subductae.*

10. *Gadit. ded.*, da die Uebergabe eine freiwillige ist, so erhalten sie günstige Bedingungen, die ihnen wahrscheinlich in einem Bündniss verbürgt wurden, s. 32, 2, 5; Cic. Balb. 15, 34: *cum Cn. et P. Scipiones extincti occidissent, L. Marcius, primi pili centurio, cum Gaditanis foedus icisse dicitur. — tum M. Lepido Q. Catulo consulibus est cum Gaditanis foedus vel renovatum vel ictum*, vgl. Rubino 1, 262.

38. Rückkehr Scipios; Magistratswahlen in Rom; Vertheilung der Provinzen; Polyb. 11, 33; App. Ib. 38; Hannib. 55; Zon. 9, 11; Val. Max. 8, 15, 1.; Dio Cass. frg. 57, 56.

1. *ductu ausp.*, s. c. 27, 4. — *Lentulo*, er ist nach 31, 20, 3 wie Scipio als Privatmann, Manlius, nachdem er früher die Prätur verwaltet hat, s. 27, 4: 50; 32, 7, 4, cum imperio nach Spanien geschickt worden, Lange 2, 597. — *procons.*, in der besten Hs. steht nur *pro*; allein dass beide *proconsules* waren, wie Scipio, zeigt 29, 13, 7; 31, 20, 1; auch werden von jetzt an längere Zeit immer Proconsuln nach Spanien geschickt, s. 26, 18, 4: zu 29, 1, 25. Nach Polyb. übergiebt Scipio das Heer dem Silanus und Marcius, vielleicht nur bis zur Ankunft der Nachfolger. — *rediit*, die Abberufung Scipios, s. 27, 7, 17: *donec revocati ab senatu forent*, ist durch die Sendung von Nachfolgern bezeichnet, vgl. Zon.: *Σκιπίων δὲ πάντα τὰ ἐντὸς τοῦ Πυρηναίου — προσποιησάμενος ἐς τὴν Λιβύην στείλασθαι ἡτοιμάζετο. οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ μὲν φθόνῳ τῶν κατορθωμάτων αὐτοῦ, τὰ δὲ φόβῳ μὴ ὑπερφρονήσας τυραννίσῃ, ἀνεκαλέσαντο αὐτόν*; Dio Cass. fr. 57, 55: *ὅτι μείζων τῆς κοινῆς ἀσφαλείας ἐγεγόνει — ὅπως μὴ ἑαυτοῖς τύραννον αὐθαίρετον ἐπασκήσωσιν ἐσκόπουν.* — *decem n.*, App.: *ἐπὶ στόλου πολλοῦ.*

2—4. *extra u.*, c. 9, 5. — *quattuor*, 38, 53, 1, rhetorische Steigerung um den Gegensatz zu heben, denn als Scipio nach Spanien gieng, standen nur drei punische Heere daselbst, die überdies nach L. vorher geschlagen waren, s. 26, 20, 6; 25, 39; erst nach Hasdrubals Abzug war Hanno gekommen, s. 28, 2. — *temptata — spes*, s. c. 18, 10; härter ist *spem petere*, das Gehoffte, den Gegenstand der Hoffnung zu erlangen suchen. — *sine mag.*, die Proconsuln und Proprätoren, da sie nur für ihre Provinz, nicht für den ganzen Staat und in Rom das *imperium* und die *potestas* haben, sind keine magistratus, vgl. 31, 20, 2: *exemplum a maioribus non accepisse, ut qui neque dictator neque consul neque praetor res gessisset,*

quia neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu
5 res gessisset, constabat. senatu misso urbem est ingressus, ar-
gentique prae se in aerarium tulit decem quattuor milia *pondo*
trecenta quadraginta duo et signati argenti magnum numerum.
6 comitia inde creandis consulibus habuit L. Veturius Philo, cen-
turiaeque omnes ingenti favore P. Scipionem consulem dixerunt.
7 collega additur ei P. Licinius Crassus pontifex maximus. cete-
rum comitia maiore quam ulla per id bellum celebrata frequentia
8 proditum memoriae est: convenerant undique non suffragandi
modo, sed etiam spectandi causa P. Scipionis, concurrebantque
et domum frequenter et in Capitolium ad immolantem eum, cum
9 centum bobus votis in Hispania Iovi sacrificaret, spondebantque
animis, sicut C. Lutatius superius bellum Punicum finisset, ita
10 id, quod instaret, P. Cornelium finiturum, atque uti Hispania
omni Poenos expulisset, sic Italia pulsurum esse, Africamque
ei, perinde ac debellatum in Italia foret, provinciam destinabant.
11 praetoria inde comitia habita. creati duo, qui tum aediles plebis
erant, Sp. Lucretius Cn. *Octavius, et ex privatis Cn.* Servilius
Caepio et L. Aemilius Papus.

12 Quarto decimo anno Punici belli P. Cornelius Scipio et

triumpharet; doch wird a. a. O. Lentulus die ovatio gestattet. Triumphe von Feldherrn, denen unmittelbar nach dem Magistratsjahre das imperium verlängert ist, sind nicht selten, s. Lange 1, 537; 540; Becker 2, 2, 82.

5. *misso*, von dem Prätor, der ihn auf Scipios Verlangen berufen hat. — *ingressus*, zu Fuss, als Privatmann, 32, 7, 4; mit Unrecht legt ihm Appian den Triumph bei. — *decem q.*, s. 29, 2, 17; ib. 37, 6; 34, 10, 4; ib. 52, 7; 37, 30, 8 u. a. — *pondo* ist wahrscheinlich ausgefallen, es betrug 18 Thlr. 13 Sgr., aus dem Gegensatze *signati* (hier mit punischem oder spanischem Gepräge) geht die Beschaffenheit des zuerst genannten hervor. — *numerum* n. *nummum*, vgl. c. 45, 18.

6—10. *centur. omn.*, s. 26, 18, 9; unrichtig Val. Max. l. l. — *dixer.*, 24, 7, 12. — *Licinius*, 27, 22. — *ceterum* führt einen beiläufigen Zusatz ein, etwa: zu bemerken ist. — *frequentia*, weil gewöhnlich viele Bürger, die entfernt von der Stadt wohnten, nicht zum Stimmen dahin kamen. — *centum*, eine Hecatombe, nach griech. Sitte, Preller 201, vgl. 7, 37, 1. — *spondebantq. an.*, gelobten, versprachen es sich mit voller Ueberzeugung, vgl. 3, 59, 3: *spondet perpetua cura*; Iustin. 7, 6, 1. — *instar.*, 29, 4, 1; 31, 43, 6. — *perinde ac* ohne *si*, wie 2, 58, 1; 32, 21, 3. — *destin.*, vgl. c. 24, 3; Vorbereitung auf c. 40 ff.

11. *inde* geht nach der parenthetischen Bemerkung auf § 6 zurück. — *et ex pr. Cn.* ist wie *Octav.* ausgefallen, dieses ist nach § 13 sicher, weniger die folg. Worte. — *Servil.* ist im Jahr 207 Aedil, s. c. 10, im letzten wahrscheinlich Privatmann gewesen. Die beiden ersten Namen gehören als ein Ganzes zusammen, dem mit *et* ein zweites Glied angefügt wird, s. jedoch 29, 4, 6.

P. Licinius Crassus ut consulatum inierunt, nominatae consuli-
bus provinciae sunt, Sicilia Scipioni extra sortem concedente
collega, quia sacrorum cura pontificem maximum in Italia reti-
nebat, Bruttii Crasso. tum praetoriae provinciae in sortem con- 13
iectae. urbana Cn. Servilio obtigit, Ariminum — ita Galliam
appellabant — Sp. Lucretio, Sicilia L. Aemilio, Cn. Octavio
Sardinia.

Senatus in Capitolio habitus. ibi referente P. Scipione se- **39**
natus consultum factum est, ut quos ludos inter seditionem mili-
tarem in Hispania vovisset, ex ea pecunia, quam ipse in aerarium
detulisset, faceret. tum Saguntinorum legatos in senatum in- 2
troduxit. ex eis maximus natu: „etsi nihil ultra malorum est,
patres conscripti, quam quod passi sumus, ut ad ultimum fidem
vobis praestaremus, tamen ea vestra merita imperatorumque ve-
strorum erga nos fuerunt, *ut* nos cladium nostrarum non paeni-
teat. bellum propter nos suscepistis, susceptum quartum deci- 3
mum annum tam pertinaciter geritis, ut saepe ad ultimum discri-
men et ipsi veneritis et populum Carthaginiensem adduxeritis.
cum in Italia tam atrox bellum et Hannibalem hostem haberetis,
consulem cum exercitu in Hispaniam velut *ad* colligendas reli-

12—13. *nominatae*, 21, 17, 1: *nominatae iam antea consulibus provinciae erant, tum sortiri iussi*, vgl. 27, 36, 10. — *Sicilia*, s. c. 40, 1; 45, 8. — *extra s.*, 26, 29, 8; Lange 1, 530. — *in Ital.*, s. c. 44, 11, weltliche Geschäfte neben dem Pontificate zu besorgen war gestattet, s. 27, 22, 3; Periocha 59. — *urbana* zugleich mit der peregrina, da diese nicht einem anderen Prätor besonders übertragen wird, s. 27, 36, 11. — *Ariminum*, der Name findet sich schon 27, 7, 11; 24, 44, 3, und die Bemerkung an u. St. ist schwerlich dadurch veranlasst, dass im vorhergeh. Jahre ein besonderer Verwaltungsbezirk mit diesem Namen eingerichtet worden wäre, s. Voigt das ius gentium S. 359, da c. 10, 4 nur von Umbrien und Etrurien die Rede ist. Der Name *Gallia* oder *ager Gallicus* findet sich vor und nach dieser Zeit häufiger, s. 23, 24, 3; 26, 1, 5; 28, 10, 12; 29, 13, 2; 30, 1, 7 u. a., ebenso *Galliae*, und bezeichnet eine Provinz nicht in dem Sinne wie Sicilien und Sardinien, sondern nur den dem Magistrate angewiesenen Geschäftskreis, hier die Kriegführung, vgl. zu 32, 1, 2; Mommsen 1, 542; Lange 2, 183.

39. Verhandlungen im Senate; Gesandtschaft der Saguntiner.

1. *senatus*, wol am ersten Tage des Amtsjahres, s. 21, 63, 7. — *ludi*, s. c. 45, 11. — *ex ea*, aus einem Theile desselben.

2—3. *nihil ult.*, 26, 30, 8. — *ad ultim.*, s. c. 28, 9. *propter nos* etc., die äussere Veranlassung wird als Grund dargestellt, vgl. 21, 7, 3. — *adduxerit*, dieses war in dem damaligen Kriege kaum noch geschehen. — *consulem*, s. c. 42, 20; 21, 17; 26; als Consul wollte er, ehe Hannibal in Italien erschien, nach Spanien ziehen, vgl. c. 32, 6. — *velut* bezieht sich nur auf das auch sonst gebrauchte Bild, s. 22, 56, 2; es soll nicht gesagt werden, man

4 quias naufragii nostri misistis. P. et Cn. Cornelii, ex quo in pro-
vinciam venerunt, nullo tempore destiterunt quae nobis secunda
5 quaeque adversa hostibus nostris essent facere. iam omnium
primum oppidum nobis restituerunt, per omnem Hispaniam civis
nostros venum datos, dimissis, qui conquirerent, ex servitute in
6 libertatem restituerunt. cum iam prope esset, ut optabilem ex
miserrima fortuna haberemus, P. et Cn. Cornelii imperatores
7 vestri luctuosius nobis quoque quam vobis perierunt. tum vero
ad hoc retracti ex distantibus locis in sedem antiquam videba-
mur, ut iterum periremus et alterum excidium patriae videremus,
8 nec ad perniciem nostram Carthaginiensi utique aut duce aut
exercitu opus esse; ab Turdulis nos veterrimis hostibus, qui
9 prioris quoque excidii causa nobis fuerunt, extingui posse: cum
ex insperato repente misistis nobis hunc P. Scipionem, quem
fortunatissimi omnium Saguntinorum videmur quia consulem
declaratum videmus ac vidisse nos civibus nostris renuntiaturi
10 sumus, spem omnem salutemque nostram; qui cum plurimas
hostium vestrorum cepisset in Hispania urbes, ubique ex capto-
11 rum numero excretos Saguntinos in patriam remisit; postremo
Turdetaniam, adeo infestam nobis, ut illa gente incolumi stare
Saguntum non posset, ita bello adflixit, ut non modo nobis —

habe bei der Absendung eigentlich einen anderen Zweck gehabt, obgleich es in der Wirklichkeit so gewesen war.

4—8. Nachdem § 2—3 die Verdienste des römischen Volkes erwähnt sind, folgen die der Feldherrn. — *iam o. pr.*, s. 1, 1, 1. — *dimissis* etc., s. 29, 5, 8. — *prope e. ut* hat L. mehrfach, s. 2, 23, 14; ib. 30, 3 u. a.; Cicero *prope est factum ut.* — *nobis quoque quam*, um auch *nobis* im Gegensatze zu *vobis* zu heben hat sich *quoque* an dieses angeschlossen, während man eher *etiam* nach *luctuosius* erwartet: auch für uns war sie traurig und noch trauriger u. s. w., vgl. 25, 16, 11; zum Gedanken 25, 36, 14. — *ad hoc*, zu dem Zwecke, s. 15, 3; 23, 18, 3. — *nec* — *utique* erst bei L. so verbunden: nicht, wie es auch sein mag, ganz und gar nicht; an u. St. fast gleich: nicht einmal, s. 8, 10, 11; 9, 16, 16; 3, 46, 4; 39, 54, 12 u. a. — *Turdulis* (in der besten Hs. *Turdilis*), griechisch *Τούρδουλοι* oder *Τουρδοῦλοι*. Der Satz steht nachdrücklich ohne *sed* dem vorhergeh. gegenüber. Zur Sache s. 21, 6, 1; § 11 heisst das Land *Turdetania.* Der c. 15, 14 erwähnte König gehört den westlichen Turdetanern an. — *causa*, s. 21, 21, 1; 30, 29, 5. — *fuerunt*, eine Bemerkung vom Standpunkte des Redenden aus, s. c. 22, 4. — *exting.*, dazu ist wieder *videbamur*, aus § 7; zu *opus esse* aber *videbatur* zu denken.

9—12. *quem* — *quia*, nur selten wird bei dieser Satzverschränkung die Conjunction von dem Relativum getrennt; an u. St. durch die Nachstellung von *quia* etc. sowol *fortunat.* — *videmur* als die Apposit. *spem* — *nostram* gehoben und bewirkt, dass das Folg. sich an diese anschliessen kann. — *ex* — *excret.*, vgl. 26, 49, 9. — *Turdetan.*

absit verbo invidia —, ne posteris quidem timenda nostris esset.
deletam urbem cernimus eorum, quorum in gratiam Saguntum 13
deleverat Hannibal; vectigal ex agro eorum capimus, quod nobis
non tam fructu iucundius est quam ultione. ob haec, quibus
maiora nec sperare nec optare ab dis immortalibus poteramus,
gratias actum nos decem legatos Saguntinus senatus populus-
que ad vos misit, simul gratulatum, quod ita res hos annos 14
in Hispania atque Italia gessistis, uti Hispaniam non Hibero
amne tenus, sed qua terrarum ultimas finit Oceanus, domitam
armis habeatis, Italiae, nisi quatenus vallum castrorum cingit, 15
nihil reliqueritis Poeno. Iovi optimo maximo, praesidi Capito-
linae arcis, non grates tantum ob haec agere iussi sumus, sed
donum hoc etiam, si vos permitteretis, coronam auream in Capi- 16
tolium victoriae ergo ferre. id uti permittatis quaesumus, utique,
si vobis ita videtur, quae nobis imperatores vostri commoda tri-
buerunt, ea rata atque perpetua auctoritate vestra faciatis". sena- 17
tus legatis Saguntinis respondit et dirutum et restitutum Sagun-
tum fidei socialis utrimque servatae documentum omnibus gen-
tibus fore; suos imperatores recte et ordine et ex voluntate 18
senatus fecisse, quod Saguntum restituerint civesque Saguntinos
servitio exemerint; quaeque alia eis benigne fecerint, ea senatum
ita voluisse fieri; donum permittere ut in Capitolio ponerent.

etc. ist als durch Scipio geschehen nicht besonders berichtet. — *absit inv. v.*, s. 9, 19, 15. — *ne p. quid.*, sonst fehlt *sed* in diesem Falle nicht leicht. — *deletam — vectig.*, es scheint das 24, 42, 11 Berichtete gemeint, obgleich hier nicht gesagt ist, dass das Gebiet der Turdet. den Saguntinern zinspflichtig geworden sei; von Scipio ist es nicht erwähnt. — *in grat.*, s. c. 21, 4. — *non tam — ultione*, man kann den Gedanken voraussetzen: wodurch konnte dieses uns angenehmer sein, durch den Nutzen oder die Rache? Die Vergleichung ist in Beziehung auf denselben eine doppelte, der Comparativ zweimal zu denken: *quod non tam fructu iucundius fuit quam ultione, sed potius ultione iucundius quam fructu*: der höhere Grad der Annehmlichkeit hat seinen Grund nicht sowohl in dem Nutzen im Vergleich mit der Rache, als vielmehr in dieser im Vergleich mit jenem, s. Cic. Deiot. 3, 8: *dexteram tuam non tam in bellis — quam in promissis firmiorem.*

13—16. Zweck der Sendung. — *simul gratul.*, s. 25, 39, 8; 2, 37, 3; 5, 36, 8; 27, 5, 1. — *hos annos*, s. c. 13, 10. — *uti*, s. 34, 22, 6. — *sed qua*: sondern bis dahin, wo. — *terr. ultim*., s. 10, 2, 7; Curt. 9, 38, 3: *validissimas navium.* — *finit*, ihnen eine Grenze, ein Ziel setzt. — *Capitol. arc.*, ist hier das ganze Capitol, da der Tempel des Juppiter nicht auf der arx stand, s. 1, 11, 6; ib. 38, 7, vgl. Tac. H. 4, 53: *Iovem Iunonem Minervam praesidesque imperii deos precatus.* — *rata*, s. 26, 31, 10.

17—21. *utrimque*, von beiden Staaten. — *recte et or.*, s. 24, 31, 7; sonst wird *ex vol. sen.* nicht hin-

19 locus inde lautiaque legatis praeberi iussa, et muneris dari ne
20 minus dena milia aeris. legationes deinde ceterae *in senatum*
21 *introductae* auditaeque. et petentibus Saguntinis, ut, quatenus
tuto possent, Italiam spectatum irent, duces dati litteraeque per
oppida missae, ut Hispanos comiter acciperent.

40 Tum de re publica, de exercitibus scribendis, de provinciis
relatum. cum Africam novam provinciam extra sortem P. Sci-
pioni destinari homines fama ferrent, et ipse nulla iam modica
gloria contentus non ad gerendum modo bellum sed ad finien-
2 dum diceret se consulem declaratum esse, neque aliter id fieri
posse, quam si ipse in Africam exercitum transportaret, *et* actu-
rum se id per populum aperte ferret, si senatus adversaretur; id

zugefügt. — *locus* Wohnung wie sie Gastfreunden geboten wird; bisweilen wird noch zur genaueren Bestimmung *aedes liberae* hinzugefügt, s. 30, 17, 14; 35, 23, 11: *aedes liberae locus lautia*; 42, 6, 11: *aedes liberae hospitio datae*; ib. 19, 6; 33, 24, 5: *in villam publicam (deducti) ibique locus et lautia praebita*; Polyb. 32, 19: μὴ κατάλυμα μήτε παροχήν, das Letztere entspricht *lautia*, Bewirthung, überhaupt Alles, was zum Comfort gehört; Paul. Diac. p. 68: *dautia, quae lautia dicimus, et dantur legatis hospitii gratia.* — *praeberi i.*, von den Quästoren, s. Lange 1, 637. — *muneris*, an Geschenken, der Genitiv hängt von dem Begriffe *minus* — *aeris* ab: jüngere Hss. setzen *ergo* hinzu. — *ne minus*, wie *ne plus* steht gewöhnlich nach Sätzen, die eine Willensrichtung einschliessen, und *ne* ist ursprünglich durch diese veranlasst, dann aber verbunden mit *minus*, *plus*, *amplius*, *minores*, 30, 37, 5; 38, 11, 6, wie *amplius, plus* etc., s. 28, 1, 5, zu einer adverbiellen Bestimmung des Masses geworden; eigentlich: *iussa dari ita, ut (caverent) ne minus daretur*, oder *dummodo ne daretur*; s. 43, 12, 4: *ita ut — ne plus sena milia essent*; 30, 17, 14; 26, 24, 10; 44, 45, 4: *dum ne amplius duabus noctibus — abessent*; — *dena*, vgl. 30, 17, 14, durch die Distributivform wird schon angedeutet, dass jeder Gesandte so viel erhalten soll, vgl. 43, 8, 8: *munera binum milium aeris legatis missa*; 45, 13, 8; doch ist gewöhnlich *in singulos*, was auch a. u. St. jüngere Hss. vor *dari* haben, hinzugefügt, s. 30, 17, 14; 31, 9, 5; 37, 3, 11; u. a. — *irent,* dass sie gehen dürften.

40—45, 12. Verhandlungen über die Provinzen, Spiele; Appian. Lib. 7; Hann. 55; Plut. Fab. 25; Sil. It. 16, 597 ff.

1—2. *de re p.*, s. 24, 43, 9; 26, 26, 5 u. a. — *de prov.*, über diese ist nach c. 38, 12 schon verfügt, vgl. c. 45, 8; allein Scipio, auf die Gunst des Volkes gestützt: *cum ferrent*, c. 38, 10, scheint im Senate den Antrag gestellt zu haben, dass ihm Africa statt Sicilien zur Provinz gegeben oder gestattet werde dahin überzusetzen, s. Sil. It. 16, 602: *consul — ad patres consulta refert deturque potestas orat delendae Carthaginis*, vgl. §. 6. Darauf beziehen sich die folg. Verhandlungen, die nur dadurch unklar werden, dass L. den Fabius ohne Rücksicht darauf, dass wenigstens Sicilien bereits Scipio bestimmt ist, die Ansicht durchführen lässt, er dürfe Italien nicht verlassen. — *Africam* etc. wird nur als Gerede ausserhalb des Senates

consilium haudquaquam primoribus patrum cum placeret, ceteri
per metum aut ambitionem mussarent, Q. Fabius Maximus ro-
gatus sententiam: „scio multis vestrum videri, patres con- 3
scripti, rem actam hodierno die agi, et frustra habiturum oratio-
nem, qui tamquam de integra re de Africa provincia sententiam
dixerit; ego autem primum illud ignoro, quem ad modum certa 4
iam provincia Africa consulis viri fortis ac strenui sit, quam nec
senatus censuit in hunc annum provinciam esse nec populus
iussit; deinde, si est, consulem peccare arbitror, qui de re trans- 5
acta simulando se referre senatum ludibrio habet, non senatorem

erwähnt. — *novam*, weil in diesem Kriege noch kein Consul dahin geschickt worden war. — *et* vor dem die Folge enthaltenden Satze *acturum* etc. ist viell. nicht nothwendig, s. Naegelsb. 558; über das Asyndeton *ceteri* etc. s. 7, 2, 9; 35, 27, 3. — *per pop.*, s. c. 45, 1. — *cum* ist wegen der Entfernung des ersten *cum* wiederholt; über die Stellung s. 1, 26, 7. — *primorib. patr.*, die Häupter der Partei, welche Scipios ganzes Verfahren missbilligt, s. Mommsen I, 648. — *metum a. a.*, die Gunst des populären Consuls und des Volkes selbst zu verlieren fürchten oder sie zu gewinnen suchen. — *mussar.*, sich nicht entschieden gegen den Antrag erklärten. Indess war Fabius princeps senatus, s. 27, 11, 11, und hätte zuerst aufgefordert werden müssen seine Meinung auszusprechen. Die drei angegebenen Verhältnisse: die Stimmung des Volkes, die Absichten Scipios, die Ansichten im Senate motiviren das Auftreten des Fabius.

3—5. Entschuldigung seines Auftretens. — *scio* etc. ohne *inquit*, wie c. 39, 2; 45, 3. u. oft, wo die oratio recta beginnt. — *certa* — *consulis*, wie Africa als schon ganz bestimmter Geschäftskreis dem Consul angehöre, ihm als solcher schon gewiss sei; *certa prov.* ist mit Nachdruck vorangestellt. — *strenui*, Tac. An. 3, 53: *viri strenui*, *aediles*; wird oft als lobendes Epitheton mit *fortis* verbunden, s. 23, 3, 6; ib. 15, 10; 4, 3, 16; vgl. 30, 14, 8. — *populus i.*, ein Beschluss des Volkes über die Provinzen trat erst ein, wenn er begehrt oder Berufung an das Volk eingelegt wurde, s. 10, 24, 18; 30, 27, 3; ib. 40, 9; 43, 2; 35, 20, 9; denn die Bestimmung derselben nimmt der Senat für sich in Anspruch, Becker 2, 2, 120; auch an u. St. ist nur an die von Scipio gedrohte Berufung an das Volk, die aber noch nicht erfolgt ist, zu denken. — *de re tr.* — *referre*: nur zum Scheine einen Gegenstand zur Berathung bringen, der bereits erledigt ist; vollständig wäre der Gedanke: *de re transacta, tanquam si nondum transacta* (*integra*) *esset simulando se referre*, allein der übergangene Satz ist durch *simulando*: einen Scheinantrag stellen genügend angedeutet. — *non sen. modo*, zwar fehlt zunächst der Consul, aber auch der Senator würde nicht ohne Schuld sein, wenn er, statt auf das Unnöthige der Verhandlung hinzuweisen und sich zu weigern seine Stimme abzugeben, wie c. 45, 3, eine Rede hielte. Fabius trifft jedoch diese Schuld nicht, da er so eben in *ignoro* — *iussit* ausgesprochen hat, dass die in *si est* gestellte Bedingung nicht statt habe. Ueber *modo* vgl. § 13; 21, 54, 3; 31, 43, 4; Curt. 9, 1, 2: *Macedoniam Graeciamque non suas tantum domos*. Andere tilgen *modo*.

6 modo, qui de quo consulitur suo loco dicit sententiam. atque ego certum habeo dissentienti mihi ab ista festinatione in Africam trai-
7 ciendi duarum rerum subeundam opinionem esse: unius, insitae ingenio meŏ cunctationis, quam metum pigritiamque homines adulescentes sane appellent, dum ne paeniteat adhuc aliorum speciosiora primo aspectu consilia semper visa, mea usu meliora;
8 alterius, obtrectationis atque invidiae adversus crescentem in
9 dies gloriam fortissimi consulis. a qua suspicione si me neque vita acta et mores mei neque dictatura cum quinque consulatibus tantumque gloriae belli domique partae vindicat, ut propius fastidium eius sim quam desiderium, aetas saltem liberet. quae enim mihi aemulatio cum eo esse potest, qui ne filio quidem
10 meo aequalis sit? me dictatorem, cum vigerem adhuc viribus et in cursu maximarum rerum essem, recusantem nemo aut in senatu aut apud populum audivit, quo minus insectanti me magistro equitum, quod fando numquam ante auditum erat, imperium
11 mecum aequaretur — rebus quam verbis adsequi malui, ut, qui aliorum iudicio mihi comparatus erat, sua mox confessione me

suo loco, s. c. 45, 6; Becker 2, 2, 425, Lange 2, 354.

6—14. Zurückweisung falscher Motive für seine Ansicht. — *atque* Uebergang zur Sache selbst, s. c. 28, 1. — *dissent. m. ab i. f.* = *ab iis qui festinandum esse censent.* Der Gedanke selbst setzt den oben angegebenen Antrag voraus. — *duarum r. op.*, s. 45, 38, 6: *invidiae — opinionem habeat.* — *cunctationis*, s. 30, 26, 9. — *quam*, Z. § 372. *homin. adul.*, um das Characteristische zu bezeichnen, natürlich ist besonders Scipio gemeint. — *appellent*, vgl. 3, 21, 6; *dum ne* 26, 1, 8.

8—10. *obtrectat. a. i.*, Verkleinerungssucht und Missgunst. — *adversus* wol um den Zusammenstoss zu vieler Genitive zu vermeiden, sonst findet es sich seltener bei Substantiven, die eine Gemüthsstimmung bezeichnen, s. 1, 42, 1; Cic. Off. 1, 28, 99. — *et mores*, s. 27, 16, 1; im Folg. entspricht *cum.* — *dictatura*, Fabius war zweimal Dictator, s. 22, 9, 7; die zweite Dictatur, vgl. jedoch 22, 8, 6; ib. 31, 8, ist hier gemeint. — *propius*, s. 2, 41, 11; 26, 48, 8.

11—14. *me dictat.*, an einem Factum wird gezeigt, wie weit er davon entfernt sei sich auf einen leeren Wett- und Wortstreit einzulassen um seine Ehre geltend zu machen. — *vigerem vir.*, vgl. 6, 22, 7; Plut. Fab. 3 extr.; es sind seitdem 11 Jahre verflossen. — *in cursu m. r.*, in der Ausführung begriffen, sie mit Glück ausführend, wie *in cursu esse*, Cic. Fam. 10, 15, 2: *cursus bonorum consiliorum.* — *apud p.*, s. 3, 10, 3; zur Sache 22, 25, 12. — *quod fando* etc., s. 10, 8, 10: wo er also mit vollem Rechte hätte auftreten können. — *imper. mecum*, 26, 24, 3. — *rebus — perferret*, der Grund seines Verfahrens steht unabhängig von dem Vorhergeh. in Parenthese. — *comparat.*, gleich gestellt, vgl. 24, 8, 7. — *nedum* geht auf *me dictatorem — audivit* zurück: geschweige denn dass ich; noch viel weniger werde ich. —

sibi praeferret —: nedum ego perfunctus honoribus certamina 12
mihi atque aemulationem cum adulescente florentissimo propo-
